




MISSAE
SACROSANTAE AC CEREMONIARVM QVAE IN
EIVS CELEBRATIONE FIVNT COMPENDIOSA EXPOSITIO

Auctore

R.^{mo} D^{no}. Fr^{re}.

IOANNE SERRANO

Episcopo Acernensi
ex Ordine S^{ti} Francisci Regularis Observantiae et
Prouincia Carthagenensi assumpto.



Romae apud Stephanum Paulinum. Superiorum permissu
ANNO. M.D.C. XXVI.



MISSAE

SACROSANCTAE

REMNANTVM QVAE IN

EVANGELIO

IN TIVT COMPIE

DIOA EXPOSITIO

AUCTORE

R. D. JOH. ...

IOHANNIS BARRAC

Episcopi ...

ex Ordine ...

Collegii ...

...
1626



...

ANNO MDCXXVI

Die Sabbati 22. Augusti 1620.

Congregatio Sacrorum Rituum, librum
nunc, qui inscribitur, Missæ sacrosanctæ, &
Cæremoniarum, que in eius celebratione fiunt,
compendiosa expositio, auctore R. P. D. Fr. Ioanne
Serrano ex ordine Regularis Observantiæ
S. Francisci Episcopo Acernoensi, ab Illustrissimo
Cai. din. Cappono de mandato eiusdem Congrega-
tionis recognitum, imprimi posse censuit.

Franc. Maria Card. à Monte.

Locus * Sigilli

P. Ciammariconus Secr.

*Imprimatur, si placet Reuerendiß. P.M.
S.Pal. Apostol.
Cæsar Fidelis Vicefg.*

Ego D. Thomas de Afflictis Clericus Regulæ Sacræ Theologiæ professor ex commissione Reuerendiß. P. Magistri S. Palatij Apost. vidi & perlegi expositionem banc caremoniarum Missæ compositam, per Reuerendiß. Fr. Ioannem Serranum Episcopum Acernensem, & nihil in ea reperi sanctæ Fidei contrariam, vel contra bonos mores; immo valde utilem ad deuotionem fidelium excitandam iudico, cum de dictis caremonijs valde eruditè, & luculèter differat.
Datum Roma die 3. Martij 1619.

Ego D. Thomas de Afflictis Cler. Regul. Sacræ Theologiæ professor affirmo vt supra dixi
man pp.


Imprimatur:
Fr. Gregorius Donatus Mag. & Reuerendiß. P.M.
S. Pal. Apost. Socius Ordin. Prædic.

110
ILL. ATQVE EXC. D.

D. FRANCISCO
FERNANDEZ
DE CASTRO,

Comiti de Lemos, de Castro, de Andra-
ca, de Villalua, Marchioni de
Sarria, Duci de Tauri-
fana, &c.

FR. IOANNES SERRANVS
*Episcopus Acernensis gratiam, &
fælicitatem à Domino.*

 Perepretium me factu-
rū suspicatus sum (Ex-
cellentiss. Princeps) si
quantū mea tenuis fert
facultas, compendiosam aliquam
sacrohæntę Missæ, eiusque cæremoni-
arum declarationem (quæ rudem
adhuc instruere posset lectorem, &
nihilominus haberet ea, quibus eru-
ditus ad altiorem disceret, fortio-
remque maiorum ascendere lectio-
nem) ex selectissimorum Authorum
scri-

scriptis veluti ex amēnissimis atē
florentis Paradisi campis complā-
rem. Nam Doctorum scripta tam
sunt copiosa, tamq. alta, & profun-
da, vt vix nisi à peritioribus vacent
perscrutari. Confecto, Dei grāia,
opere, illud cum typis committere
curarem Excel.^{mo} pariter ac Pietiss.
D. Petro Ferdinando de Castrolim
Lementium Comiti, & in supremo
Italiæ consilio pro Catholico Rege
Præsidi, ob suā in viros litteratos hu-
manitatem, qua etiam me dignatus
erat, consecrare decreui. Munus qui-
dem ratione quantitatis, & auctoris
verexiguum, ac tenue; ratione verò
argumenti, affectusq. offerentis am-
plius profecto & tam præclaro Prin-
cipis patrocinio dignum: imò potius
sibi de Iustitia debitum. Id enim in
illo explanatur, quod in illa sua reli-
giosiss. vita sibi propositum habebat,
mirificoque studio colebat, & præ-
claro etiam exemplo in posteros om-
nino transferre ac vigilatissima cura;

pro

proauthoritate, quae pollebat, ut in
subditis, & domesticis suis cum eo-
rumdem foelicissima pace, animi
tranquillitate, & spirituali lucro
floreret, etiam, atque etiam cura-
bit: & ut omnia vnico dicam ver-
bo, haereditario titulo quantum ex
gentilitijs illustri, atq. excellentiss.
familiae comitum de Lemos, cuius
caput, eximiusque erat splendor,
colligere licet, sibi vendicarat. Nam
historica, & ab alijs tradita relinquēs,
ut quae mundi sunt, de supernis tra-
ctans, omittam. Ductus praesertim
quadam consideratione, certe noua
& pia, non tamen omnino abs re, si
attendamus ^a Galetiae Regno Eu-
charistiae sanctissimae Pixidem, aut
custodiam signa ferre. In quo san-
ctissimae ipsius Eucharistiae innatam
deum Regnum illud, illiusq.
Incolae omnes aptissimo manifestant
signo: ac proinde cum maiorem par-
tem Castrorum profapia, & possideat
et illustret; maiorem etiam erga
Eucha-

a *Abrab.*
Orthelius
in theat.

Orbis. In
tab. Galet.

in orat.
fr. 2. d. 1.
Mill. 6.
Franc.
Mar. Pa.
in Hicro-
fol. 10. 11.
de Anger.

*a Apocal. 7
& ibi Lyr.*

*b Pf. 103.
c S. Ambr.
in orat.
ser. 3. ante
Miss. &
Franc.
Ximen. Pa
tr. Hiero-
sol. in tra-
de Angel.*

Eucharistiam sanctissimam polere
debet deuotione. Hinc licet infer-
re, Angelum primum in stemmati-
bus illius Familiæ locum habentem
& Crucis signum designatum Thar,
quo seruorum Dei frontes, vt Eua-
gelista^a Ioannes dixit, signatæ fuerit,
& signari debent, in secūdo positum
loco, denotare in primis Castrorum
munitissimā familiā peculiari custo-
dia, ob peculiarem Catholicę religio-
nis obseruantiam ab Angelo Custo-
de custodiri, & defendi: & singula-
ri signo ob singularem virtutum ful-
gorem insignitā esse. Indicant dein-
de hæreditario Iure præclaram hanc
Familiam ad totius Christianæ Reli-
gionis in communi, & eorum parti-
cularius, quæ circa sanctissimæ Eu-
charistiæ veneratiorem versantur
deuictam esse. Nam Angeli, quā-
uis in omnibus Dei sint administra-
torij spiritus: ^c in particulari tamen
ineffabili Eucharistiæ Sacramento
assistunt, deprecantes pro veneran-
tibus

ribus illud, & vlcisci volentes in eos,
qui irreuerenter illud tractare præ-
sumunt. Similiter Thau signum ve-
nerandum omnes in communi Dei
feruos designat, speciatim tamen eo
quòd præcipua Missæ pars, hoc est,
Canon, tali signo ac littera, ^a non
casu, sed cura, & diuina prouidentia,
incipit; particulares Missæ, & Eu-
charistiæ admirabilis veneratores de-
monstrat. Id ostensum fuit in Sera-
phico P. meo Francisco, tali signo in
fronte sua miraculosè signato: cum
propter nimiam Crucis dilectionem,
tum etiam propter singularem sacro-
sanctæ Eucharistiæ venerationem, in
qua adeo excelluit, vt nedum ipsam,
sed omnia etiam ad ipsam pertinentia
in summa reuerentia haberi cura-
uit: quemadmodum ex eius testa-
mento satis superque probatur. Si er-
go Illustriss. Castrorum Familia qua-
si hereditario iure totius Christianæ
Religionis in genere, & Missæ, ac
sacro-sanctæ Eucharistiæ in specie

*a Innoc. 4.
de Miss. c. 2*

*b Offic. de
Stigmat. S.
Fr. anc.*

*Testamen-
tum S. Fr.*



cul-

cultum, & defensionem adeptā est,
& his adhuc prædictus deuotissimus
Comes Petrus propria addebat vir-
tute curam singularem, ab alijsque
omnibus Principibus imitandā chri-
stianam deuotionem, & pium stu-
dium, quibus singula quaque heb-
domada bis SS Christi Domini cor-
pus sub speciebus panis velatum, &
in Missæ sacrificio oblatum reueren-
ter sumebat, & singulis quoq. mensi-
bus (ineffabilis Eucharistiæ Confra-
ternitate multis indulgentijs ditata
ad hoc instituta) ab omnibus ac sin-
gulis domesticis, & familiaribus suis
in perpetuum sumendum curabat;
vt sic in dies tam tremendi Sacramē-
ti cultus cresceret, & deuotio auge-
retur; quidquid de isto tractat my-
sterio, ac pro tanto libellus hic sibi
iure debebatur. Ex singulari tandē
authoris effectū, oblationem istam
illi debitam esse, nemo certe igno-
rat, cum omnibus perspicuum sit,
meme, meaque omnia sibi iam pridē

ex cordis penetralibus (de quò ma-
gnopere gloriòs) omnino tradidisse ;
Sed proh dolor , dum liber esset sub
prælo , tantus Princeps immatura
morte raptus est , forte ut ait ^a Sa-
piens , ne malitia mutaret intellectum
eius , aut ne fictio deciperet animam
illius , raptus est tamen , vel potius ,
ut eius probant opera , demptus solo,
& datus polo ; verum mihi & libro
raptus profecto Patronus erat , nisi
tu Excellentiss. Princeps , genere ,
nobilitate , dignitate , & quòd magis
est , moribus , & pietate ipsi sucec-
sisses germanus frater . Nã cū ijdem
in utroque sint mores , eadem vita ,
profapia eadem , eademque dignitas ,
atque erga me eadem benevolentia ,
& in me eadem obligatio , reliquis
omnibus inconcussis manētibus , per-
sona dumtaxat variatur , & eisdem
omnino titulis quòd iure debebatur
Petro , iure consecratur Francisco ,
& quamvis alij ex pretiosissimis pre-
tiosiora , ex pluribus valeant plura

a Sap. 4.

largiri, ego tamen qui totum dedi,
plus offero. Vellem nihilominus,
vt quale quale sit munus, eo susci-
pias animo, quo is qui tui est obse-
quentissimus, offert. Hisce Deum
deprecor, vt te incolumem diu ser-
uet, & post hanc vitam, aeternam
tibi beatitudinis gloriam concedat.

vt eius probat operis, demptum solo
& datus solo; vt vni nihil & libro
rapta profecto Patrons erat, nisi
in excellenti Principe, genere,
nobilitate, dignitate, & quod magis
est, moribus, & pietate ipsi faceret.
Nisi cum idem
in vniuersa sua mores, eadem vna,
propria eadem, eademque dignitas,
atque erga me eadem benevolentia,
& in me eadem obligatio, reliqua
omnibus inconuenientis manebat per-
sone dumtaxat variatur, & eisdem
omnino tuis quod nunc de beatus
Petro, iure consecrati Franciscus,
& quibus alijs ex pietatissimis pre-
tiora, ex pluribus valent prius

AD LECTOREM.



VT inoffenso pede libellum hunc, quemadmodum ex animo suspiro, perlegas candidè lector, de sequentibus te admonendum duxi.

1. Duo me præ oculis in opere isto habuisse. Alterum circa caremonias, alterum circa ea, quæ ordinariè diebus singulis dicuntur in Missa, siue circa ea omnia, quæ in ordine Missæ continentur. De illo institutionem, variationem, antiquitatem, & significationem, quæ potui breuitate explicui; De isto vero sensum litteralem, paraphrasi intertextâ dictâ, ut mihi licuit declaravi.

2. Ad maiorem commoditatem legentium me curasse, ut non eodem, sed diuerso, ac distincto characteris genere scriberentur, quæ ad caremonias pertinent, & quæ ad paraphrasim spectant, immo in eadem paraphrasi (quia intertextâ est) in characterè distinguitur, ad hæc, quæ sunt textus, ab his, quæ sunt declarationis. Ut sic enim omnia proprijs reponuntur in locis; & à legente absque labore, cum separari, tum etiam pro libitu continuari possunt.

3. In iam dictâ paraphrasi, ita me litteralem sensum fuisse sequutum, ut aliquando vno, vel altero verbo insinuarem rationem, causam, ob quam sancta Ecclesia tali psalmo, oratione, vel Sancti alicuius inuocatione, plusquam alterius in tremendi huius sacrificij oblatione utatur.

4. Me non omnia, quæ singulo quoque die in sancta Missa dicuntur, sed illa duntaxat,
qua


qua in omnibus Missis dicuntur, & in ordine
Missæ continentur, explicasse; nam reliqua, In-
troitus scilicet, Collectæ, Epistola, Euange-
lia, & similia, eo quod iuxta officij exigentiam
mutantur, haud abbreviari poterant.

5. Brevitatis ergo me nec recitasse, nec refu-
tasse ex professo, quæ alij dixere, sed quæ pro-
babiliora iudicavi summarie continuasse. Esto
non ad ostentationem, sed ut ad illos, qui plu-
ra desiderat, facile recurrere possit, & ad hoc
etiam, ut proprij laboris, vel honoris nemo
fraudetur, maiori ex parte auctores, ex qui-
bus summam istam, immo centonem collegi in
margine annotaverim.

6. & ult. In omnibus me sensum catholico-
rum Doctorum, nunc ipsis eorum verbis, nam
me melius facere posse non credidi, nunc ab-
breuiandi, aut continuandi causa sermonibus
meis, nunc tacitis eorum vocabulis, nunc com-
memoratis eorum nominibus prout opportuni-
tas locorum dictabat, & claritas exposcebat,
ponere studuisse. Hisce bene feliciterque vale,
& in tuis orationibus mei memor esto.

ALPHABETICVS

Verba sunt in quibus præ præbuitur,
 etiam, n. numerum, & debere, sine
 etiam, & c. et sequentibus,
 significant.



A L B A.

*Quid significet, p. 1. n. 22.
 fol. 77. et n. 23. fol. 78.*

A E D V T T Y S.

*Quantitas Capitulorum ad
 sedentem ad altare, p. 1. n. 2.
 fol. 18. et seq.*

*Quantitas Titulorum ad
 cantorem in Hungaria, p. 1.
 n. 2. fol. 16.*

A O N V S D E L.

*Quantitas Titulorum in Italia,
 p. 1. n. 20. fol. 101. et n. 21.
 fol. 102.*

*Quantitas Titulorum in Italia,
 p. 1. n. 21. fol. 103.*

*Quantitas Titulorum in
 Italia, p. 1. n. 22. fol. 104.
 Quantitas Titulorum in
 Italia, p. 1. n. 23. fol. 105.*

*Quantitas Titulorum in
 Italia, p. 1. n. 24. fol. 106.*

A D L E V I A.

*Quid significet, p. 1. n. 25.
 fol. 77. et n. 26. fol. 78.*

*Quantitas Titulorum in
 Italia, p. 1. n. 27. fol. 79.
 Quantitas Titulorum in
 Italia, p. 1. n. 28. fol. 80.*

A D L E V I A.

*Quantitas Titulorum in
 Italia, p. 1. n. 29. fol. 81.*

*Quantitas Titulorum in
 Italia, p. 1. n. 30. fol. 82.*

... in the year of our Lord one thousand ...
... the ... of ...
... the ... of ...
... the ... of ...


... the ... of ...
... the ... of ...
... the ... of ...
... the ... of ...
... the ... of ...

... the ... of ...
... the ... of ...
... the ... of ...
... the ... of ...
... the ... of ...

I N D E X

ALPHABETICVS

Rerum, & Verborum, in quo, præ. præludium,
p. partem, n. numerum, f. folium, siue
paginam, & seq. & sequentibus,
significant.



A

A L B A.

*Quid significet, præ. 2. n. 24.
fol. 20. & n. 25. fol. 21. & n. 28.
fol. 23.*

A C O L V T V S :

*Comitatur Sacerdotem ac-
cedentem ad altare, p. 1. n. 2.
fol. 38. & seq.*

*Comitatur Diaconum ad
cantandum Euangelium, p. 1.
n. 83. fol. 86.*

A G N V S D E I.

*Quare triplicatur in Missa,
p. 3. nu. 30. fol. 281. & nu. 39.
fol. 286.*

Quando cœpit dici in Missa,

*p. 3. nu. 30. fol. 281. eius para-
phrasis, p. 3. nu. 32. fol. 282.*

*Quare eius terminatio va-
riatur in Missis defunctorū.
p. 3. n. 40. fol. 287.*

*Cur in Missis solemnibus
cantatur à Choro, p. 3. n. 41.
fol. 287.*

A L L E L V I A.

*Quid significet, p. 1. nu. 72.
fol. 77. & n. 74. fol. 78.*

*Quare duplicatur tempore
Paschali, p. 1. nu. 73. fol. 78.
eius auctor, & institutor,
p. 1. n. 75. fol. 180.*

A L T A R E.

*Eius antiquitas, præ. 2. n. 4.
fol. 8. & seq.*

*Ex qua materia fieri de-
beat,*

A

beat,

beat, præ. 2. n. 4. fol. 8.

Quomodo, & à quo consecrandus, præ. 2. nu. 6. fol. 10.

Eius significatio, præ. 2. n. 7. fol. 10.

Quare feria v. maioris hebdomadæ nudatur, præ. 2. n. 7. fol. 10. & seq.

Cur osculentur, p. 1. n. 36. fol. 55.

AMICTVS.

Quid significet, præ. 2. n. 24. fol. 20.

A Q V A.

Quare miscetur vino in Missa, p. 1. n. 112. fol. 113.

Cur prius benedicitur, ibidem.

B

BENEDICTIO.

Quare petatur ante lectionem Euangelij, p. 1. nu. 77. fol. 83. & seq.

Quid significet data in fine Missæ, p. 3. n. 80. fol. 320.

BENEDICAMVS DÑO.

Quando, & cur dicatur in Missa, p. 3. nu. 72. fol. 315. & n. 74. fol. 316.

C

CALIX.

Eius antiquitas, præ. 2. n. 12. fol. 12.

Materia ex qua sit faciendus, præ. 2. n. 12. fol. 12. & seq.

Quid significet, præ. 2. n. 14. fol. 14.

Qualiter eleuandus, p. 2. n. 52. fol. 205.

Cur discooperitur ad faciendum super eo Cruces cum Hostia, p. 2. n. 81. fol. 250.

Quare post secundam Hostie eleuationem cooperitur, p. 2. num. 83. fol. 251.

CANDELABRVM.

Quare in Ecclesia utantur, præ. 2. n. 2. fol. 7.

CANDELÆ.

Quam antiquus earum usus, præ. 2. n. 10. fol. 11. & præ. 3. n. 13. fol. 31.

Ex qua materia faciendæ, præ. 2. n. 11. fol. 12.

Earum significatio, ibidẽ.

CANON.

Eius nomina, p. 2. nu. 12. fol. 155. & seq.

- Illi auctor*, p. 2. n. 16. f. 157. **CONFESSIO GENERALIS**
Cur incipiat à littera T.
 p. 2. n. 17. fol. 158.
Eius paraphrasis, p. 2. fere
 per totam.

CASVLLA.

- Quid significet*, præ 2. n. 24.
 fol. 21. & seq.

CEREMONIÆ.

- Rationabiles*, & *pias esse*,
 præ 2. n. 2. fol. 7. & præ 3. n. 1.
 fol. 27. & seq.
Earum antiquitas, præ 3.
 n. 3. fol. 28. & seq.

CHRISTVS.

- Aquibus traditur ad mor-*
tem, p. 2. n. 20. fol. 163. & seq.
Qualiter sit in Eucharistia,
 p. 2. n. 51. fol. 202.

CINGVLVM.

- Quid significet*, præ 2. n. 24.
 fol. 20. & seq.

CIRCVLVM.

- Quare fiat in Missa*, p. 1.
 n. 142. fol. 138.
Vnde habuerit originem,
 ibidem.

- Quã antiqua in Missa*, p. 1.
 n. 7. fol. 40. & seq.

Non semper eisdem Verbis
factam, ibidem.

- Eius paraphrasis*, p. 1. n. 23.
 fol. 47.

COMMIXTIO.

- Specierum panis*, & *vini*,
quid importet, p. 3. n. 37. f. 286.

COMMVNIO.

- Antiquitas à Laicis sub al-*
tera tantum specie factam,
 præ 2. n. 16. fol. 15.

- Quid significet*, p. 3. n. 58.
 fol. 305.

- Cur ante illam peccatus tun-*
ditur, p. 3. n. 59. fol. 307.

- Quare ante illam se signat*
Sacerdos cum Eucharistia,
 p. 3. n. 60. fol. 308.

CHORVS.

- Quare in Missis solèribus*
partes Missæ cantat, præ 3.
 n. 24. fol. 34.

CONSECRATIO.

- Quanta res sit*, p. 2. nu. 47.
 fol. 196.

I N D E X.

Quibus fiat verbis, p. 2. n. 48. fol. 197.

In cuius persona proferuntur, p. 2. n. 51. fol. 202.

Forma consecrationis corporis, p. 2. n. 50. fol. 202.

Eius paraphrasis, p. 2. n. 49. fol. 198.

Forma consecrationis sanguinis, p. 2. n. 61. fol. 214.

Eius paraphrasis, p. 2. n. 58. fol. 209.

CORPORALE.

Nomen, & antiquitas, p. 2. n. 17. fol. 15.

Materia ex qua faciendū, p. 2. n. 18. fol. 16.

Significatio, p. 2. n. 19. fol. 16.

Cur plicatur post communionem, p. 3. n. 64. fol. 310.

C R V X.

Crucis consignationes quare fiant in Missa, p. 3. n. 23. fol. 34. & p. 2. n. 19. fol. 162.

Cur ante Euangelium, p. 1. n. 83. fol. 88.

Cur post consecrationem, p. 2. n. 64. fol. 22.

Quare cum particula hostia super Calicem, p. 3. n. 38. fol. 286.

Prima Cruces Canonis quid significant, p. 2. n. 20. fol. 163. & seq.

Secunda quid denotent, p. 2. n. 43. fol. 190. & seq.

Tertia quid ostendat, p. 2. n. 47. fol. 197.

Quarta quid importet, p. 2. n. 64. fol. 220.

Quinta quid adumbrent, p. 2. n. 69. fol. 228.

Sexta, & septima quid demonstrant, p. 2. n. 79. fol. 247. & seq.

D

DALMATICA.

Quid significet, p. 2. n. 37. fol. 26.

DIACONVS.

Cur ad legendum Euangelium benedictionē petat, p. 1. n. 77. fol. 83. & seq.

Thurificat Missale ante Euangelium, p. 1. n. 85. fol. 88.

DOMINVS VOBISCVM.

Quid significet, & quare utatur in Missa, p. 3. n. 16. f. 32. & seq.

Quis huius salutationis auctor, p. 1. n. 50. fol. 66. & seq.

Cur dicitur in medio altaris, p. 1. n. 42. fol. 57.

Quare praemittitur Euangelio,

gelio, p. 1. n. 84. fol. 87.
Cur etiam postponitur,
p. 1. n. 104. fol. 108.

Quare dicitur ante præfa-
tionem, p. 2. n. 2. fol. 142.

E

ECCLESIA.

Quando Ecclesia cepta sūt
adificari, præ. 2. n. 5. fol. 9.

EMBOLYSMVS.

Quid sit, & quid signifi-
cet, p. 3. n. 17. fol. 271.

Quare sub silentio dicatur,
p. 3. n. 19. fol. 275.

Eius paraphrasis, p. 3. n. 18.
fol. 272.

EPISTOLA.

Quid significet, p. 1. n. 60.
fol. 71. & n. 64. fol. 73.

Eius antiquitas, p. 1. n. 61.
fol. 71. & n. 62. fol. 72.

Cur aliquādo de nouo, &
aliquando de veteri testamē-
to accipitur, p. 1. n. 66. fol. 74.

Cur eam legens librum
manibus tenet, p. 1. n. 69. f. 75.

Cur omnes sedent dum le-
gitur, p. 1. n. 69. fol. 75.

Cur legitur ante Euange-
lium, p. 1. n. 70. fol. 76.

EVANGELIUM.

Quādo cœpit in Missa legi,
p. 1. n. 87. fol. 90.

Quare post Epistolam legi-
tur p. 1. n. 86. fol. 88.

Quare dum legitur omnes
stant, p. 1. n. 86. fol. 88.

Initium Euangelij S. 10.
annis cur legitur in fine Mis-

sæ, p. 3. n. 89. fol. 334. & seq.

Eius paraphrasis, p. 3. n. 82.
fol. 321. & seq.

EVCHARISTIA.

Quam tremendum Sacra-
mentum, p. 2. n. 51. fol. 202.

Qualiter eleuanda in Mis-
sæ, p. 2. n. 52. fol. 205.

F

FLECTAMVS GENVA.

Quid significet, & quare
dicatur ante aliquas oratio-
nes, p. 1. n. 59. fol. 70.

FRACTIO.

Hostia fractio quid signi-
ficet, p. 3. n. 20. fol. 276. & seq.

G

GLORIA IN EXCELSIS
DEO.

Quando dicēda in Missa, p. 1.
n. 49. fol. 66.

Eius

I N D E X.

Eius auctor, p. 1. n. 47. f. 61. *Eius antiquitas, p. 1. n. 45. fol. 59.*
Eius paraphrasis, p. 1. n. 48. fol. 61.

GRADVALE.

Vnde dicatur, p. 1. nu. 74. fol. 78.

Eius auctor, p. 1. n. 75. f. 80.
Quid significet, p. 1. n. 71. fol. 77.

H

H O I S T I A.

Ex qua materia facienda, p. 1. n. 109. & III. fol. 112.

Qualiter est eleuenda, p. 2. n. 52. fol. 205.

Cur ad eleuationem accenduntur cerei, fit thurificatio, & pulsatur squilla, p. 2. n. 56. fol. 207. & seq.

Eius eleuatio quid significet, p. 2. n. 54. fol. 206.

Eius fractio quid denotet, p. 3. n. 20. fol. 276. & seq.

Eius secunda eleuatio quid annuat, p. 2. n. 82. fol. 250.

Eius depositio super corporale, p. 2. n. 83. fol. 251.

I

G L O R I A I N E X C E L S I S

I N T R O I T V S.

Quid significet, p. 1. n. 46. fol. 60.

I T E M I S S A E S T.

Eius significatio, & antiquitas, p. 3. n. 71. fol. 314.

Quando dicitur in Missa, p. 3. n. 72. fol. 315. & seq.

Quare dicitur versus populum, p. 3. n. 73. fol. 316.

K

K Y R I E E L E I S O N.

A quo institutum ut dicatur in Missa, p. 1. n. 45. fol. 59.

Quid significet, p. 1. n. 46. fol. 60.

L

L A V S T I B I C H R I S T E.

Quare dicatur post Evangelium, p. 1. n. 89. fol. 91.

L A M P A S.

Quam antiqua in Ecclesia, præ. 2. n. 10. fol. 11.

Quid significet, ibidem.

Qua materia nutrienda, præ. 2. n. 11. fol. 12.

L E V A T E.

Quare dicatur post stectamus genua, p. 1. n. 59. fol. 91.

M A -

M

M A N V S.

Quare eleuantur à Sacerdote, præ 3. n. 20. fol. 33.

Quare iunguntur, præ. 3. n. 21. fol. 33.

Quare lauantur, p. 1. n. 127. fol. 127.

Quare extenduntur super oblata, p. 2. n. 40. fol. 185.

Quare ponuntur super altare, p. 3. n. 33. fol. 283.

M A N I P V L V S.

Quid significet, præ. 2. n. 24. fol. 20. & seq.

M E M E N T O.

Pro viuuis, vt faciendum, p. 2. n. 25. fol. 169. & seq.

Eius formula, p. 2. nu. 28. fol. 171.

Pro mortuis, p. 2. nu. 70. fol. 230. & seq.

M I N I S T E R.

Ad quid in Missa ministri duo, Sacerdoti assistunt, p. 1. n. 119. fol. 121.

Quare in altaris ingressu illis præcedunt, p. 1. n. 5. f. 39.

In altare autè cur medius sistitur Sacerdos, p. 1. nu. 6. fol. 39.

Quare dicendo Introitum Missa vterque ad Sacerdotis dexteram stat, p. 1. n. 41. f. 57.

Post Sacerdotem stantes quid denotent, p. 1. n. 6. fol. 39.

M I S S A.

Vnde sic dicta, præ. 1. n. 6. fol. 5. & seq.

Eius antiquitas, præ. 1. n. 3. fol. 3. & seq.

Quis eius auctor, præ. 3. n. 12. fol. 30.

Quæ communis, & quæ priuata, præ. 3. n. 25. fol. 35.

Quot Missæ partes, præ. 3. n. 26. fol. 36.

Quibus, & ad quæ pro fit, p. 1. n. 140. fol. 137.

Cur in dextera altaris incipiat, p. 1. n. 41. fol. 57.

Ob quid in ea aliqua à Sacerdote, & aliqua à ministro, vel choro dicuntur, præ. 3. n. 24. fol. 34.

Quam sit vtile illam audire, p. 2. n. 29. fol. 172.

Quanta auiditate in primitiua Ecclesia audiebatur, præ. 1. n. 7. fol. 5.

M I S S A L E.

Quare mutatur ante Euāgelium, p. 1. n. 76. fol. 81.

Ite-

I N D E X.

Iterum post cōmunionem,
p. 3. n. 65. fol. 310.

*Cur osculatur post Euan-
gelium, p. 1. nu. 88. fol. 90.
& seq.*

O

OBLATIO.

*Quot, & à quibus fiant in
Missa, p. 1. n. 109. fol. 111.*

*Cur fiant cum signo Cru-
cis, p. 1. n. 118. fol. 121.*

*Verba quibus fiunt à quo
ordinata, p. 1. n. 113. fol. 114.*

*Earum paraphrasis, p. 1.
n. 114. fol. 115.*

OFFERTORIUM.

*Quid significet, p. 1. n. 107.
fol. 110.*

*Eius antiquitas, p. 1. n. 108.
fol. 111.*

*Cur cantatur à choro, p. 1.
n. 106. fol. 109.*

ORATIO.

*In Missa cui dirigatur, p. 1.
n. 54. fol. 67.*

*Eius varia nomina, p. 1.
n. 56. fol. 68.*

*Quid significet, p. 1. n. 55.
fol. 67.*

Quare ipsa præcedat, Ore-

*mus, & sequatur Amen, p. 1.
n. 56. fol. 68.*

*Quand capit uti in Missa,
p. 1. n. 57. fol. 68.*

*Earum numerus, & signi-
ficatio, p. 1. n. 58. fol. 69.*

*Cur dicitur ante prophe-
tias, p. 1. n. 59. fol. 70.*

*Orationes secreta quid de-
notent, p. 1. n. 143. fol. 139. &
seq.*

*Post cōmunionem quid si-
gnificent, p. 3. n. 67. fol. 312. &
seq.*

*Cur tempore Quadragesi-
mæ alia addatur, p. 3. n. 69.
fol. 313.*

*Quare in Quatuor Tem-
poribus plures solito ante Epi-
stolam dicantur, p. 3. nu. 70.
fol. 314.*

ORATE FRATRES.

*Quare dicitur in Missa,
p. 1. n. 138. fol. 135.*

*A quo tēpore caperit dici,
p. 1. n. 141. fol. 137.*

*Eius paraphrasis, p. 1. n. 139.
fol. 135.*

OREMVS.

*Quid significet, p. 1. n. 105.
fol. 109.*

*Cur orationibus præpona-
tur, ibidem.*

I N D E X.

Quare dicatur post secundam hostia elevationem, p. 3. n. 1. f. 253.

Eius paraphrasis, p. 3. n. 7. fol. 258. & seq.

Quare ultima petitio dicitur à ministro, par. 3. nu. 16. fol. 271.

O S C U L U M.

Altaris osculū quid denotet, p. 1. n. 36. fol. 55. & p. 2. n. 19. fol. 162.

Pacis osculum quid significet, p. 3. n. 42. fol. 288.

Quando capit dari in Missa, p. 3. n. 43. fol. 288. & seq.

Cur non datur in Missis defunctorum, part. 3. nu. 45. fol. 291.

P A X.

Pacis osculum quando cepit dari in Missa, p. 3. n. 30. fol. 281. & n. 43. fol. 288.

Quid significat, p. 3. n. 42. fol. 288.

P E C T V S.

Quare tunditur p. 2. n. 75. fol. 241.

P

P A T E N A.

Eius antiquitas, materia, & significatio, pra. 2. nu. 15. fol. 14. & seq.

Cur absconditur sub Corpore, vel datur Subdiacono post oblationem, p. 1. nu. 120. fol. 122.

Quid eius reassumptio denotet, p. 3. n. 19. f. 275.

P A T E R N O S T E R.

Eius excellentia, p. 3. n. 3. fol. 254. & seq.

Quando capit dici in Missa, p. 3. n. 2. fol. 253.

P O S T C O M M U N I O.

Antiphona qua postcōmuniō dicitur quid significat, p. 3. n. 66. fol. 311.

P R A E F A T I O.

Vndè incipiat, par. 2. n. 2. fol. 142.

Quis eius auctor, p. 2. n. 6. fol. 147.

Quot sint, ibidem.

Quid significat, part. 2. nu. 1. fol. 141.

Quae illi anteponuntur aliquot versus, p. 2. n. 2. f. 142.

B

P S A L.



PSALMVS.

Psalms 42. quando, & de cuius ordine capit dici in principio Missæ, par. 1. nu. 9. fol. 41.

Eius paraphrasis, p. 1. n. 11. fol. 42. & seq.

Paraphrasis psalmi 25. p. 1. nu. 128. fol. 128. & seq.

PVRIFICATIO.

Patena, Calicis, & aliorum, cur fiat post communionem, p. 3. n. 63. fol. 310.

R

REQUIESCANT IN
P A C E.

Cur in Missis defunctorum dicitur loco Ite Missa est, p. 3. n. 75. fol. 317.

S

SACRISTIA.

Quid significet, p. 1. n. 2. f. 73.

SACERDOS.

Eius de sacrario egressio, p. 1. n. 2. fol. 37.

Medius inter Diaconos quid significet, p. 1. n. 6. fol. 39.

Cur se aliquando inclinat, pra. 3. n. 22. fol. 34.

Quare se vertit ad populum à parte dextra, pra. 3. n. 19. fol. 33.

Quoties se vertit ad populum, pra. 3. n. 14. fol. 32. & seq.

Quare in omni salutatione se vertit ad populum, ibidem.

SACRIFICIVM.

Quo sit ordine offerendum, p. 2. n. 22. fol. 165. & seq.

Pro quibus, & ad quæ offeratur, p. 1. n. 140. fol. 137.

SANCTVS.

Commemoratio sanctorum cur fiat in Canone, p. 2. n. 34. fol. 179. & seq.

Quando capit fieri, ibidem.

Cur iteratur post consecrationem, p. 2. n. 76. fol. 243.

Trisagion siue canticum sanctus quando capit dici in Missa, p. 2. n. 8. fol. 149.

Eius mysterium, p. 2. nu. 9. fol. 150.

Eius paraphrasis, p. 2. n. 10. fol. 151.

Quare cantatur à choro, p. 2. n. 11. fol. 154.

SEQUENTIA.

Vnde dicatur, par. 1. n. 74. fol. 78.

Quid

I N D E X.

Quid significet, p. 1. n. 73. fol. 78.

Illius auctor, par. 1. nu. 75. fol. 80.

S T A R E.

Cur stamus dum legitur Euangelium, p. 1. n. 86. fol. 88.

Quis hoc ordinavit, part. 1. n. 87. fol. 90.

S T O L A.

Quid significet, pra. 2. n. 24. fol. 20. & seq.

S V B D I A C O N V S.

Portat Missale clausum ad altare, p. 1. n. 5. fol. 39.

Ante Epistola non petit benedictionem, p. 1. n. 64. fol. 73.

Post Epistolam osculatur manum Sacerdotis, p. 1. n. 67. fol. 74.

Ab uno comitatur acolyto, p. 1. n. 65. fol. 73.

Sacerdoti Missale clausum presentat, p. 1. n. 68. fol. 75.

S V R S V M C O R D A.

Cur ante praefationem dicitur, p. 2. n. 2. fol. 142.

S Y M B O L V M.

Quare post Euangelium

dicitur, par. 1. n. 90. fol. 91. & seq.

Cur incipitur à Sacerdote, & prosequitur à choro, p. 1. n. 90. fol. 91.

Quis eius auctor, p. 1. n. 91. fol. 92.

Quando capit dici in Missa, ibidem.

Eius paraphrasis, p. 1. n. 92. fol. 93. & seq.

T

T H V S, E T T H V R I F I C A T I O.

Quid significant, p. 1. n. 37. fol. 56. & n. 121. fol. 123.

Quomodo benedicendum thus, p. 1. n. 39. f. 56. & n. 122. fol. 123. & seq.

Qualiter facienda thurificatio, par. 1. nu. 37. fol. 56. & n. 121. fol. 123. & seq.

Thurificator cur precedat Diaconus, p. 1. n. 83. fol. 86.

T R A C T V S.

Vnde sic dictus, p. 1. n. 74. fol. 79.

Eius auctor, par. 1. nu. 75. fol. 80.

Quid significet, p. 1. nu. 73. fol. 78.

V

V O X.

V E S T I S.

Sacerdotalium vestium
antiquitas, præ. 2. n. 20. f. 17.
& seq.

Quid significet, præ. 2. n. 24.
fol. 20. & seq.

Qualiter veneranda, præ. 2.
n. 20. fol. 17.

Qualis fuerit in ipsis va-
riatio ibid.

Elevatur à Sacerdote di-
cendo nobis quoque peccatori-
bus, p. 2. n. 75. fol. 241.

Dicendo per omnia sæcula
seculorū, ante præfationem,
p. 1. n. 146. fol. 140.

Post secundam hostiæ ele-
vationem, p. 2. n. 85. fol. 252.

Post hostiæ fractionem,
p. 3. n. 36. fol. 285.

V I N V M.

Cur miscetur aqua in
Missâ, p. 1. n. 112. fol. 113.

L A V S D E O.



AMICE LECTOR.

Ob meam ab Vrbe absentiam per dietas sex, & amplius aliqui inter eundem irrepere errores, & in textu, & in margine hos prætermisi, quia minoris, illos vero ante lectionem, modo sequenti ad veritatem sensus corrigas precor.

Fol.	ver.	legitur.	lege.	Fol.	ver.	legitur.	lege.
4.	23.	Nam,	Non.	115.	26.	Sacerdotis,	Sacerdotij.
5.	16.	alios,	alias.	120.	16.	honore,	ad honore.
6.	11.	probabilis,	probabile.	125.	18.	actos,	aptos.
8.	14.	clara,	clare.	128.	10.	indigne,	indignæ.
11.	12.	Ciscipulis,	Discipulis.	135.	17.	verbatam,	verbatam.
12.	25.	quia,	quod.	139.	18.	fide.	fidem.
13.	24.	notauilli,	notabili.	139.	28.	vn,	vt.
24.	3.	quam,	quem.	149.	26.	adducuntur,	adducuntur.
24.	21.	virtute,	virtutes.	150.	14.	Christo,	quem Christo.
26.	19.	dua,	duo.	151.	15.	Gapriel,	Gabriel.
26.	26.	hæc,	hac.	153.	29.	numero,	numerus.
29.	3.	nemine,	neminem.	159.	7.	<i>superfluit</i>	à ludæis.
31.	29.	turificatio,	turificatio.	161.	23.	mediatoris,	im merito mediatoris.
36.	3.	celebretur,	celebrentur.	162.	29.	vero,	vere.
37.	18.	calumnix,	caluarix.	165.	3.	oblatum,	ablatum.
42.	28.	& enim,	es enim.	165.	16.	proponendum,	præponendum.
45.	1.	grutiarum,	gratiarum.	167.	14.	separatur,	separantur.
45.	15.	ingenui,	ingenue.	168.	16.	Papa,	à Papa.
48.	26.	delectatione,	delectatione.	170.	5.	vt,	aut.
51.	13.	fit,	fit.	175.	4.	fito,	fito.
57.	24.	illis,	illas.	181.	15.	illi,	illos.
63.	15.	diceres,	diceris.	186.	3.	presbyteri,	presbyterij.
66.	1.	istud vero hymnum,	iste vero hymnus.	195.	12.	mensurant,	mensuram.
70.	9.	semper,	septem.	198.	9.	opinio,	opinio fit.
71.	5.	erigimur,	erigimur.	199.	1.	vt,	in.
79.	4.	ascensione,	ascensiones.	205.	1.	designatus,	designatus.
79.	29.	intelligi,	intellige.	210.	12.	ultimo,	quæ ultimo.
102.	24.	caelestibus,	caelestibus.	214.	10.	conferatur,	consecratur.
112.	30.	obgantiant,	obgantiant.	214.	21.	ista,	sed ista.

Fol. ver. legitur. lege.

216. 29. Sacramenti, Sa-
cramentis.

218. 22. præfulgendi, præ-
fulgenti.

223. 19. placare, placere.

225. 14. humilitatis, humi-
liatis.

229. 10. representatio, re-
presentatur.

232. 1. ordinem venienti,
ordine cõueniēti.

232. 12. complementum,
cõplementum.

236. 15. adhibendo, adhi-
benda.

239. 6. Matthias, Mat-
thia.

240. 26. nullus, nullius.

241. 4. æstimatores, æsti-
mator es.

242. 16. expressus, expres-
sius.

242. 28. exultatione, exal-
tatione.

245. 17. cuius, de cuius.

248. 5. nobam, nonam.

257. 24. medius, medicus.

261. 27. vt per, non per.

261. 30. vt per, sed per.

264. 5. omni, omnia.

265. 30. operans, operas.

268. 11. viri, vfu.

268. 12. errorem venit, cir-
cum venit.

274. 9. an simul, infimul.

275. 28. qua, quæ.

277. 7. quod, quos.

278. 3. prædicta, prædictæ.

278. 7. cauēris, cauens.

280. 18. sacramenta, sacro-
sancta.

281. 1. speciarum, specie-
rum.

281. 2. diuisa, diuisæ.

281. 16. verum, rerum.

284. 13. quantum, quãtam.

Fol. ver. legitur. lege.

291. 25. hac, hæc.

295. 11. quo, qua.

297. 14. quod, quid.

298. 8. &, qui.

300. 5. viri dicta, vindicta.

300. 15. maternum, in æter-
num.

301. 6. *superfluit* ex me.

301. 7. ipso, non.

303. 3. honorem, honoret.

391. 5. ab cacatus, obcz-
catus.

304. 15. recidens, residens.

304. 27. sit, &.

309. 6. qua, quæ.

ibidem *superfluit* totus
numerus, 62. positus
ante num. 59.

317. 17. qui, quia.

321. 16. alias, alius.

321. 20. impossibiliter, im-
passibiliter.

321. 22. generante, gene-
rantem.

325. 14. lumen, lumine.

326. 13. lucrum, lucem.

327. 30. quæ, quia.

328. 2. ex, &.

330. 24. præ, per.

331. 27. qua, quæ.

335. 13. transubstantiatus.
transubstantiatur.

338. 12. etiam, etiam vt.

341. 2. quia, qui.

341. 26. optat, aptat.

343. 5. in, in quo.

343. 12. intermiscantur,
intermiscuntur.


346. 25. & pectora, vt &
pectora.


348. 5. præparati, præpa-
rari.

350. 9. signans, signat.

350. 10. claritatem, chari-
tatem.

350. 19. iterum, interim.





I

BREVIS ET LVCVLENTA
cum sanctissimæ Missæ, tum eo-
rum, quæ in eius celebra-
tione, & fiunt & di-
cuntur expositio.

*Labores assumpti ratio : sanctissima Missæ, & rei,
& nominis origo, & antiquitas,
ac tractationis diuisio.*

Præludium Primum.



VM omnibus necessarium sit nos-
se ritum, ac officij sui ministerium;
id sacerdotali dignitate sublimatis
(cum illorum officium longe alijs
præstet) pernecessarium est. Nam
licet simplicitas, vt ait ^a Honorius;
Deo nostro placeat, intelligentiam tamen sapien-
tium, quantum lucem præ tenebris, approbat.
Id quod iuxta doctrinam magni illius Ecclesiæ &
Doctoris, & Pontificis summi ^b Gregorij, potissi-
mum habet locum, in his, qui ita sunt simplices,
vt rectum quid sit, ignorent; nam isti, eò veræ
simplicitatis innocentiam deserunt, quo ad virtu-
tem rectitudinis non asurgunt: quia dum cauti
esse per rectitudinem nesciunt, nequaquam inno-
centes persistere per simplicitatem possunt.

*a In præf.
gemme
anime.*

*b Lib. 1.
moral. c. 2.*

A

Opor-

Oportet igitur Christianos omnes, Ecclesiasticos
 maximè, secundùm a Apostolicum præceptum,
 sapientes esse in bono, simplices autem in malo.
 Sed inuenies (proh dolor) plurimos non malitia,
 uti anhelabat b Paulus, sed sensibus paruulos; &
 quod plus dolendum est, quos non pudet, ut defle-
 bat c Honorius, abominanda Poetarum figmenta,
 ac captiosa Philosophorum argumenta summo co-
 namine indagare; quæ mentem à Deo distractam
 vitiorum nexibus insolubiliter solent innodare: re-
 ligionem autem Christianæ professionis penitus
 ignorare; per quam animam liceat perenniter cum
 Deo regnare. Cum sit summæ dementiae, vitam
 Tyranni velle scire, & edicta Imperatoris nescire:
 atque ea, quæ quotidie necessariò facias, non in-
 telligere: quasi non esset verum ineffabili fidei ve-
 ritate dictum d Apostoli, qui ignorat, ignorabitur,
 à Deo nimirum. Præcipuè, ut addit e Lyra, si ex
 negligentia, vel malitia ignorat illa, quæ scire te-
 netur. Nam ministrare dignè in officio aliquo non
 potest, qui talis officij rationem, intelligentiamq.
 ignorat. Ut autem tantum malum, nedum docti,
 sed etiam simplices ac ignari sacerdotes (quos
 adiuuare pro modulo meo est animus) vitare pos-
 sint: absque diffusionem ad fugiendum tædium,
 & absque profunditate, & scholastica subtilitate
 ad vitandam obscuritatem; totius sacrosanctæ
 Misæ, ac eorum, quæ in ipsa & dicuntur & fiunt,
 luculentam & succinctam expositionem ex pro-
 batissimis auctoribus colligere decreui: Lectorem
 in omnibus ad ipsorum loca remittendo, ut latius
 si libet,

si libet, videre possit, quæ hic breuiter dicentur.

2. Acturi itaque de sacrosancto Missæ sacrificio, hoc est, de actione illa, quæ in altari fit à sacerdote consecrante corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, & mirabilibus est referta mysterijs, a sicut mare aquarum guttis, sicut sol atomis, sicut firmamentum stellis, sicut cælum empireum Angelis: initium ab antiquitate & nomine sumamus oportet.

3. *Sacrificium Missæ* in primis, quo ad rem & modum celebrandi illud, non est nouum, recensque inuentum, veteribus Patribus incognitum; vt dolose & malitiose calumniantur hæretici: Cum illud quo ad essentialia ex Christi Domini institutione secundum b sacram scripturam & traditionem Ecclesiæ: & quoad accidentia, secundum c S. Thom. & d Cardinalem Bellarminum ipsum, habeamus ex ordinatione & institutione Principis Apostolorum Petri: vt antecitatos Doctores insinuauit e Leo nonus, expresseque dixit f S. Isidorus & g Vualfridus. Erit ergo antiquissima, Apostolica, & diuina traditio: quemadmodum ex Nicolao Methonensi, ex Proclo Constantinopolitano, ex Dionysio Areopagita, ex Clemente Romano, & ex alijs innumeris Patribus probat h Ioannes Stephanus Durantus: & haud obscure colligitur ex i S. Paulo, qui secundum communiorem Patrum expositionem ad id insinuandum scribit Timotheo: Obsecro igitur primum fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, &c. Quibus in verbis, ait k Glosa ordinaria, ostenditur

a *Compéd. Theol. lib.*

6. cap. 18.

b *Matt. 26.*

Marc. 14.

Luc. 22. &

1. *Cor. 11.*

c 3. p. 9.

78. art. 2.

ad 5.

d *Lib. 4. de*

Euch. c. 14

arg. 9.

e *Epist. 1.*

quæ est cõ-

tra erro-

res Mich.

Constant.

& *Leonis*

Acrid. c. 5.

f *Lib. 1. de*

Eccl. offic.

cap. 15.

g *Lib. de*

reb. Eccl. c.

22.

h *Lib. 2. de*

ritib. Ec-

cle. c. 3. per

totum.

i 1. *Ad*

Tim. 2.

k *tn 2. c. 1.*

ep. ad Tim.

ordo Missæ. Et bene quidem: nam verborum sensus est. Oportet vt conuenientibus in domo Dei ad celebrationem huius sacrificij, sacerdos diuina mysteria celebraturus assistat altari, & præcedenti modulatione diuinarum laudum, lectione Apostolorum, & Euangeliorum, & nonnunquam concione subiuncta quoque fidei in Symbolo confessione, & oblatione populorum, sacrificium peragat; & finem denique ei cum gratiarum actione imponat.

4. Cum hoc tamen stat, Romanos summosque Pontifices circa accidentaria huius sacrificij aliqua variasse, addidisse vel mutasse pro temporum diuersitate ac necessitate: essentialibus integris semper & immotis permanentibus. Nam in ornatu & in reliquis cultibus, vt ait ^a Vualfridus Strabo, magis & magis per incrementa temporum decus succreuit Ecclesiæ. Quocirca ea, quæ mutata sunt, & à quibus annotabimus, vt reliqua omnia, esto notatione careant, ex Apostolica traditione mansisse, & vsque in hodiernum diem continua, & accurata obseruatione perdurasse cognoscamus: Nam in particulari & in indiuiduo, quomodo constat in orationibus, præfationibus, & similibus, aliqua secundum officij, aut temporis requisitionem fuisse mutata, aut variata: sed in genere vel in specie, vt ita loquar.

^a Lib. de
reb. Eccles.
cap. 24.

^b Sess. 22.
c. 4. & 5.
de sacrif.
Missæ.

5. Vnde quamuis in caeremonialibus & accidentalibus aliqua addita vel mutata aut variata fuerint ab his qui potestatem habent, vt ostendit ^b Conciliū Tridentinū; in essentialibus nihil est mutatum

aut

Primum.

aut variatum: sed durat, durabitque noua illa oblatio, quam, vt verbis vtar a s. Irenæi, Christus Dominus docuit Apostolos, & Ecclesia ab Apostolis accipiens, in vniuerso mundo offert Deo.

6. *Dicitur* deinde actio hæc, siue *sacrificium hoc, Missa*. Non quidem moderno ac nouo vocabulo, vt falsò comminiscuntur hæretici, sed antiquo certè, & à sanctis Concilijs b Carthaginensibus, & c Mileuitano, ac d Antisiodorensi vsurpato; & à sanctissimis ac vetustissimis Patribus, & Pontificibus, e Clemente 1. f Telesphoro, g Leone 1. h Gregorio 1. k Damaso 1. l Ambrosio, m Augustino, & alijs vsitato, & ad nostra vsque tempora, Ecclesiæ Catholicæ perpetuo vsu, & traditione retento.

7. Etymologia vero huius vocis (vt alios breuitatis gratia omittam) & verior, & communior à n Durante, à o Bellarmino, à p Ioanne Azor. à q Gabriele, & ab alijs, deducitur ab eo, quòd in sacrificij fine, dicente diacono, vel sacerdote, *Ite Missa est*, fit Missa, hoc est, missio: Vsurpato participio præteriti, pro nomine verbali; vti multoties vsurpant antiqui, quemadmodum videre est in r Tertulliano, & s Cypriano. Ita vt sensus sit, sacrificium Christianorum dici Missa; eo quòd in fine illius (vt antiquitus in fine Missæ Cathedumenorum dicebatur) dicitur: *Ite Missa est*, hoc est, facta est missio, vobis licet abire, nam iam absolutum est cum sacrificium, tum debitum de vestra præsentia. Tanta namque in primitiua Ecclesia deuotione ac reuerentia sacratissimum hoc

Missæ

§ a Lib. 4. c. 32. & 34. b 2. can. 3. & 4. c. 84. c Ca. 12. d Cap. 10. & 19. e ep. 3. dec. f ep. 1. dec. g Epist. 81 ad Dioc. Alex. Ep. h Lib. 1 ep. 12. & l. 7. ep. 29. et 64 i in Pöt. c. 9 k In c. 4. Apo. & ser. 34. qui est ser. 3. post 1. Domin. quadr. l Ser. 237. 251. det ep. m l. 2. de rit. Eccles. c. 1. num. 6 n lib. 2. de Miss. c. 1. o t. 1. l. 10. c. 18. dub. 12. & 3. p Lect. 15. in c. miss. lib. 4. cont. Marc. c. 18. q. l. de bon. patient. 97

Missæ mysterium fideles prosequerentur : ut nemo ab Ecclesia egredi præsumeret, donec à Sacerdote, vel Diacono dimissus, domum ire iuberetur. Id quod duplicato fiebat, ut tradunt Auctores citati, semel finito Euangelio, pro Cathecumenis, & Gentilibus, ac Hæreticis, qui omnes ad Missam Cathecumenorum, & concionem ad-

*a Conc. 4.
can. 84.*

mittebantur, ut habetur ex ^a Concilio Cartaginensi; & iterum finito sacrificio pro fidelibus. Ex qua duplici missione, nedum sacrificium hoc nomen Missæ sumpsisse, probabilis credo: sed originem etiam traxisse loquutiones illas, inter Missarum solemniam, & fit Missa. Quarum prior ratione dictæ duplicis missionis totum hoc venerandum importat sacrificium, ut colligitur ex ^b S. Augustino; Posterior vero, apud veteres solet solam denotare, Cathecumenorum Missam, ut ex ipso ^c S. Augustino habetur.

*b Ser. 251.
de tempor.
qui est Do
min. 26.*

*post Pent.
c Ser. 237.
de temp.
qui est 2.
Dom. 19.
post Pent.*

8. De Missa ergo, ut sic accepta, & de his, quæ in eius celebratione, & dicuntur, & fiunt; & de ordine ac modo, quo & fiunt, & dicuntur, dicturi. Prius de his, quæ in Missa sæpe repetuntur, aut sunt quasi communia: &

deinde de reliquis in particulari,

& ordinatè dicemus: ut sic

etenim & breuius & cla-


rius nos explica-

re poterimus.

mus.

Altaris, cereorum, sacrorum vasorum, ac vestium; usus, antiquitas, materia, & significatio.

Prælium secundum.

I  I de locis, & instrumentis omnibus, quibus Ecclesia sancta ad Dei venerationem vtitur, dicendum esset: terminos promissæ breuitatis excederet dubio procul narratio: vt ipsa, & sola comprobatur experientia, numerositate, ac varietate dictarum rerum, dumtaxat considerata. Sed vt discant, vti ex auctoritate S. Hieronymi dicit a Durantus, qui ignorant calices sacros, & cætera, quæ ad cultum Dominicæ passionis pertinent, non quasi inania & sensu carentia sanctimoniam non habere; sed ex consortio corporis & sanguinis Domini, aliqua necessario sunt dicenda.

2. Verùm enim verò, vt aliquale huius abbreviationis rationem reddamus, prænotandum venit: principales huius sacrificij cæremonias, principaliaque instrumenta, qualia sunt calix, patena seu patina, signationes, oscula, & similia nedum ad decorem & reuerentiam diuini huius sacrificij, sed etiam ad certarum rerum significationes ab Ecclesia catholica fuisse institutas: vt ex dicendis & auctoribus citandis manifestum fiet: *Quasdam autem minùs principales cæremonias, minoraque vasa,*

a *Lib. 1. de ritib. Eccles. c. 7. n. 1*

vasa, qualia sunt candelabra, ampullæ, demissio oculorum, incessus, & grauis, & similia, vel ob necessitatem, ad sustentandos cereos, & ad portandum vinum & aquam: vel ad decorem & decen-
tiam fuisse ordinatas constat. Quamuis etiam in his peculiare significationes, al quaque mysteria reperiunt Doctores aliqui, zelo deuotionis ducti: vt videre licet in *a* Gulielmo Durando, & *b* Ioanne Stephano Durando.

3. Omisissis ergo multis, quæ hic tractari poterant, circa preparationem Sacerdotis, & materiæ consecrandæ; circa dispositionem loci & temporis; & circa alia similia: tum quia à Doctoribus scholasticis, & Summistis, clarâ, sufficienter, & methodicè traduntur; tum etiam quia non de omnibus ministerijs & ecclesiasticis officijs, sed de solo sanctæ Missæ sacrificio sermonem in præfenti facimus. de his solummodò, quæ ad hoc sacrificium sunt necessaria, qualia sunt altare, cerei, calix, patena, corporale, & sacerdotalia indumenta aliqua hic dicemus breuiter.

4. Circa altare *c* Radulphus de Riuo ante Sixtum II. affirmauit Missam super altare celebratam non fuisse: quo tamen fundamento id affirmarit, prorsus ignoro: Cum oppositum apertè colligatur ex *d* canonibus Apostolorum & ex *e* Dionysio Areopagita. Christiani enim à temporibus Christi Domini, Apostolorum, Martyrum, & deinceps (vt intulit, & benè + Franciscus Feuardentius, ex illis verbis *g* S Irenei: Sacerdotes autem sunt omnes Domini Apostoli, qui neque agros, neque

domos

a Lib. 5. Ra-
tion. diu.
offic. fere
per totum.
b Lib. 1. de
ritib. Eccl.
ferè per to-
tum.

c De can.
obseru. pro
pos. 23.
d Can. 3.
et 30. alias
32.
e Lib. de
eccl. Hier.
cap. 3.
In notis
5. Iren. 1. 4
c. 20 not. 4
g Lib. 4.
cap. 20.

domos hereditant hic : sed semper altari, & Deo seruiunt) sua in templis altaria seruarunt : quibus Deo sacrificium incruentum corporis, & sanguinis Christi in perpetuam mortis eius recordationem offerunt .

a De reb. Eccl. c. 1.

b l. 1. de ritib. eccl. c.

15. n. 2.

c Genes. 8.

d Genes. 12.

e Gen. 26.

f Gen. 33.

g Exod. 40.

h 3. Reg. 6.

i 4. Reg. 16.

o 1. Mac.

9. o al. bi.

k Exod. 27.

o 28. o

alibi .

l Matt. 5.

m l. 1. de

ritib. eccl.

c. 25 n. 3.

n In offic.

dedic. Bas.

Salu. et SS.

Apost. Pet.

o Paul.

o Can. al-

tar. de cõs.

d 1.

p c. 26.

q 3. p. q. 83

ar. 3.

r 1. Cor. 10

s Matt. 27.

t Mar. 15

5. Fuerunt certè altaria tabernaculo & templo antiquiora : vt sufficienter probant a Vualfridus Strabo, & b Durantus, quia ædificata fuerunt à c Noe, d Abrahamo, e Isaaco & f Iacob; Tabernaculum verò à g Moyse & templum à h Salomone . Sed perdurarunt in i templo, & k tabernaculo, & illorum vsus ab ipso fuit l Christo Domino approbatus, & ab Apostolis & Ecclesia retentus : esto cum aliqua circa illorum materiam variatione . Nam ante magnum Constantinum, vt ex Alexandro de Ales notauit m Durantus ; & clarè satis habemus ex ipsa n Ecclesia, lignea erant altaria, quæ facilè persecutione infidelium sæuiente, transferri poterant è domo in domum, vel è ciuitate in ciuitatem . Verùm Ecclesiarum libertate stabilita, altaria lapidea firmitate construi ceperunt . Imò & ordinatum fuit in Concilio non Hipponensi, vt dicit o Gratianus, sed p Epaumensi, vt nisi lapidea sint, infusione Chrismatis non sacrentur . Quia vt notauit q S. Thomas, id competit significationi huius sacramenti : tum quia altare, (sicut statim dicemus) significat Christum Dominum, de quo ait r Paulus, petra autem erat Christus; tum etiam quia corpus Christi Domini in s sepulchro lapideo reconditum fuit .

6. Aduertendum est tamen, primitus sola
 Chrismatis vnctione fuisse altaria cōsecrata, vt col-
 ligitur ex ^a Concilio Agatenſi, vbi decernitur non
 ſolū vnctione Chrismatis, ſed ſacerdotali etiam
 benedictione altaria eſſe ſacranda. Id quod non de
 benedictione ſacerdotali ſimplicis ſacerdotis de-
 bet intelligi, quemadmodū aliqui (etiam Epifcopi)
 ex ignorantia Eccleſiaſticae diſciplinæ intellexerunt;
 vt habetur in ^b Conc. Hiſpalenſi: ſed de benedictione
 ſacerdotali ab Epifcopo data; vt definiunt ^c Conc.
 Toletanum & ^d Concilium Agathenſe. Nam ſo-
 lus Epifcopus talem habet auctoritatem, iuxta an-
 tiquos canones, qui id interdixerunt præſbyteris,
 vt addidit ^e Concilium Bracarenſe.

7 Tandem vt de altaris ſignificatione aliqua di-
 cam, ^f S. Thomas, ^g Amalarius, ^h Alcuinus. & alij
 tradunt, Chriſtum Dominum, qui iuxta ⁱ Pſalmi-
 ſtam, fuit vnctus oleo lætitiæ præ confortibus ſuis,
 & in quo noſtræ oblationes vt Deo Patri ſint ac-
 ceptæ, ſunt offerendæ; per altare ſignificari, nam
 altare, ^k Breuiarij Romani verba mutuando, Do-
 mini noſtri Ieſu Chriſti figuram exprimit; & ideo
 dicunt ^l Amalarius & ^m Durandus, nudantur al-
 taria à quinta feria in cæna Domini, vſque ad ſab-
 bathum ſanctum. quia illo tempore Apoſtoli, qui
 & altaris & Chriſti Domini veſtibus repreſentan-
 tur, relicto ⁿ eo omnes fugerūt, vt ſe abſconderent.

8. Vel dicamus cum ipſo ^o Durando, & cum
^p Ruperto Abbate, illis diebus altaria nudari, quia
 Chriſtus Dominus ^q ſpecioſus forma præ filiis ho-
 minum, qui ^r propter nos homines & propter no-
 ſtram

^a c. 14.^b Con. 2. c.

7.

^c Con. 8. c.

7.

d. c. 19.

^e con. 5. c.

19.

f 3. p. q. 83.

ar. 5. ad 5

g lib. 1. de

Eccl. offic.

c. 12. & 13

h lib. de

diu. offic.

c. de cæna

Domini.

i Pſal. 44.

k l. Et. 4. of

fic dedit.

B. ſſl. Sal.

l loc. cit.

m In rat. l.

6 c. 7. 6. n. 2

n Matt. 26

o Mar. 14

p ubi ſup.

q lib. 5. de

diu. offic.

r c. 30.

s Pſal. 44.

t Eccleſ. in

ſy nb.

Secundum.

stram salutem descendit de cælis, & a semetipsum
exinaniuit formam serui accipiens, tunc temporis
visus est non habens speciem, neque decorem,
despectus, & nouissimus virorum, sicut prædixe-
rat b Isaias. Imò ita fuit nudatus, vt & tertiam
cum c Ruperto addamus rationem, quod milites
postquam crucifixerunt eum, diuiserunt sibi vesti-
menta eius, quemadmodum scripserunt d Euan-
gelistæ, & prophetarat e Dauid.

9. Alias significationes adducunt f Amalarius,
& g Durandus dicendo, altaria significare etiam
aut mensam, in qua Christus Dominus cum Cisci-
pulis comedit Pascha, & istud instituit sacrificium:
aut animam vel cor fidelium, in quo secundum
h S. Pauli doctrinam, hostiam viuentem, sanctam,
Deo placentem, rationabileque obsequium quo-
tidie offerre omnipotenti Deo debemus: aut Ec-
clesiam Catholicam, in qua idem quotidie Eu-
charistiæ offertur sacrificium. Tamen iuxta si-
gnificationes has, dicta altarium denudatio erit
signum mœstitiæ, & doloris de Christi Domini
passione.

10. Cereus deinde, lampadesque a rutilante
igne in Dei honorem accendi, i Ecclesia ipsa canit.
Et k Micrologus ait, iuxta Romanum ordinem,
nunquam absque lumine Missam esse celebra-
dam. Non utique ad depellendas tenebras, cum
sit clara dies; sed potius in typum illius luminis,
cuius sacrificia ibi conficimus, sine quo & in meri-
die palpabimus, vt in nocte. Quam luminum si-
gnificationem approbant etiam & pluribus con-

B 2 firmant

a Ad Phil.
2.

b cap. 53.

c loc. cit.

d Matt 27
Marc. 15.

Luc. 23. et

Ioan. 19.

e Psal. 21.

f lib. 3. de

eccl. offic.

c. 5. & 21.

g In rat.

l. 1. c. 2. n. 12

h ad Rom.

12.

i In bened.
cerei in of-
fic sabb.
sancti.

k de eccl.
obseru. c.

11

a l. 1. de eccl. of. c. 18
b l. 1. inf. cler. c. 9.
c hom. 3. in Euang. dl. 30. mor. c. 17.
e t. 4. disp. 9 q. 1. pun. 2.
f l. 1. de sacram. c. 36.
g ubi sup. h l. 2. de eccl. of. c. 10.
i Epist. 2. ad Iacob. frat. Dom. l. can. 3.
alias 4. & can. 70. 71.
m In c. 21. prouerb. n Ser. 23. de verb. Domini.
o Serm. 15 in cant. p lib. 6. de diu. offic. c. 29.
q l. 4. Geor. r l. 26. Hist. rogli.
s t in c. 24. Luc. u ubi sup.

firmant ^a Amalarius, & ^b Rabanus. Sanctus ^{tamen} Gregorius (vt aliorum de hoc placita omit- tam) ^c aliquando per lucernas bona intelligit ope- ra; ^d aliquando autem lucem prædicationis, & doctrinæ.

11. Morem hunc ab ipsis Apostolis sumpfisse initium probat ordo Acoluthorum, cum à princi- pio fuerint in Ecclesia, vt sufficienter probat ^e Gregorius de Valentia. Nam sicut dicunt ^f Hu- go de sancto Victore, ^g Rabanus, ^h Amalarius, & alij: imò & nomen ipsum sonat, Acoluthus, græcè, idem est ac ceroferarius latinè; sic dictus à de- portandis cereis, quando legendum est Euange- lium; vel sacrificium offerendum. Et deinde id ipsum colligitur ex ⁱ Clemente Romano, & ex ^l canonibus Apostolorum: in quibus insinuatur etiam, dicta lumina, aut oleo, aut cera, & non absque congruentia nutriri debere. Quia oleum sanctum ^m S. Hieronymum, & ⁿ S. Augustinum, est charitatis typus; eo quòd, vt docet ^o S. Ber- nardus, lucet, pascit, & vngit. Et cera, vel est castitatis symbolum, cum sit opus castissimarum apum, quæ vt notauit ^p Rupertus & cecinit ^q Ma- ro absque concubitu concipiunt, & pariunt, & tali odio libidinem prosequuntur, quia si vera est illa ^r Pierij ex Plutarcho annotatio, citius pungunt tali vitio pollutos: vel obumbrat Christi Domini humanitatem, quæ in fauo Christo vineta fuit mel- li diuinitatis. quemadmodum ^s glossa ordinaria, ^t Beda & ^u Rupertus dixerunt.

12. Calicem insuper ab ipso Christo Domino cele-

celebrante nos accepisse notum, testatumque est omnibus in a Euangelio. Ex eius namque facto ait b Paschasius, mos inoleuit, quod sanguis Christi nunquam in catino, nunquam in cratera, vel in alio vase, quam in calice consecratur. Principio, vt communitè notant c doctores ob christiano- rum paupertatem lignei erant calices vsque ad tempora S. Zepherini, qui teste d s. Damaso, (si il- lius est Pontificalis liber) patenas fecit vitreas. Ista nihilominus Zepherini institutio breui fuit tempore antiquata. Nam S. Urbanus I. vt ex ip- so probatur e Damaso ministeria omnia sacrata fe- cit argentea. Qua mutatione, diuino planè con- filio, facta, Christianæ Religionis gloriam cresce- re, gentiliticæ superstitionis honorem minui & pæ- nitus obscurari cæpit: vt accuratè notarunt, & pluribus probarunt f Baronius & g Binius.

13. Tamen quia multis in partibus inopiæ cau- sa istud Urbani factum fideles imitari non poterât, lignea, vitraque vasa in sacro ministerio longo tē- pore perdurarunt: vt constat ex h S. Hieronymo in laudem S. Exuperij dicente: nihil illo Exuperio ditius, qui corpus Domini in vineo canistro, san- guinem portat in vitro. Et ex illo etiam notauim miraculo, quòd sanctissimus Episcopus & Christi martyr Donatus nostræ Cathedralis patronus ef- ficat: in pristinam restituendo formam, vitreum calicem, ex manibus diaconi iniuria paganorum delapsum & fractum, vt refert i Ado. Ex quo forsan miraculo, vt notauit l Ludouicus Zacconus factum fuit, vt dicta consuetudo amitteretur, & aboli-

a Matt. 26

et Mar. 14

b Luc. 22

1. Cor. 11.

b l. de cor.

c sang.

Dom. c. 21

c Radulph.

de can. obs.

proposit.

23. Strabo

de reb. eccl.

c. 24. Dur.

de rit. eccl.

l. 1. c. 7. n. 2

d c. 11. n.

2. & alii.

d in vita

Zepher.

e in vita

Urbani I.

f ann. 233

n. 1. & 2.

g tom. 1.

con. in not.

ad vitam

Urbani I.

h ep. 4 que

est ad Rus.

i in Mart.

7 id. Aug.

l. 1. comp.

vit. sanct.

aboliretur omninò tribus Conciliorum decretis:

- a *Conc. 1. s. 17. 18.* Primum a Concilij Triburensi præcipientis, vt deinceps nullus sacerdos sacrum ministerium corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi in ligneis vasculis vllò modo conficere præsumat: Secundum b Concilij Coiàcensis statuentis, vt non sacrificent cum calice ligneo, vel fictili. Et tertium, c *Car. vt calix de cons. dist. 1.* à c Gratiano relatum Concilij Rhemensis, ordi-
nantis, vt nec in vitro propter fragilitatem; nec in ligno propter raritatem, quæ sacramentum imbibitur, nec in ære propter tetrum saporem; nec in auricalco, propter æruginem, quæ vomitum excitat; sed in auro dumtaxat, vel argento, aut stannino consecratio fiat.

d *Epist. 20. quæ est ad Marcell.* 14. Significat verò calix secundùm d S. Hieronymum, imò potius iuxta e Christi Domini verba, passionem, carnis mortificationem, & animum ad martyrium semper paratū: & in particulari Christi Domini passionem innuit, ideò enim, vt notauit f Paschasius, non alio nomine, sicut fieri solet, in alijs quibuscunque vasis, nisi semper iuxta proprietatem linguarum calix vocatur, vt exinde calix passionis Christi ad memoriam reducatur.

g *lib. 3. de eccl. ritib. cap. 27. h in rat. l. 4. c. 50. n. 1. & 2. i l. 20 orig. cap 4.* 15. Duo tantùm dictis addenda censui circa *patenam, seu patinam*; quia omnia, quæ de calice, quoad antiquitatem, & materiæ variationem diximus, illi etiam communia sunt, vti ex eisdem constat autoribus. Primum est, patenam, si seiunctim sumatur, significare, secundùm g Amalarium Fortunatum, h & Durandum, cor patens latitudine charitatis. Est namque, vt dicit i Isidorus, va-
sis

sis genus à patendo dictum, quod dispanfis, pa-
tentibusque oris sit; in quo corda ampla charitate
denotat. Si verò cum calice coniunctim fumatur,
quantum ex ipso a Durando, ex b S. Thoma, ex
c Micrologo, & ex d Rabano potest colligi; est sa-
cro sancti Domini nostri Iesu Christi sepulchri figu-
ra. Et ideo, & consecrantur, & inunguntur, vt
gratia sancti Spiritus perficiantur, in nouum ac de-
cens corporis & sanguinis Christi sepulchrum.

16. Alterum est, antiquitus ampliora nimis,
panis vasa vini poculis fuisse. Nam e Pontificale
sanctum Syluestrum Papam dicit fecisse argenteam
patenam viginti libras ponderantem, & calicem
aurum duas tantum libras pensantem. Ex quo, vt
accuratè notauit f Durantus, nonnulli contra hæ-
reticos inferunt, & benè, inæqualitatem commu-
nicantium sub vna, vel sub vtraque specie in ea-
dem Ecclesia.

17. *Corporale* præterea in vsum huius tremen-
di sacrificij à temporibus Apostolorum fuisse, satis
superque probatur ex Clémentè Romano. Verùm
est tamen, vt citandi notarunt auctores, & ex di-
cto g Clémentè colligitur, primitus linteum illud,
quod modo nominamus corporale; vel quia in
altari corpus Domini illi superponitur, vt dicit
h Durandus: vel quia gerit typum sindonis, qua
Christi Domini corpus inuolutum fuit, vt affirmat
i Durantus: non corporale, sed pallam fuisse no-
minatum: aut quia pallit, vel abscondit sacrum
mysterium, aut quia in altari est, quasi corporis
Christi Domini indamentum. Nam cuiusdam

a In rat. l.
1. c. 8. n. 24
b 3. p. q. 83.
ar. 3. arg. 6
c de eccl. ob
seru. c. 17.
d l. instit.
cler. c. 31.
e c. 34. in
vita Syl.

f l. 2. derit.
eccl. c. 50.
n. 2.

g ep. 2. ad
Iacob. fr.
Dom.

h in rat. l.
4. c. 29. n. 6

i lib. 1. de
rit. eccl. c.
12. n. 2.

generis vestem, ab antiquis constat fuisse pallam
appellatam.

a can. con-
sulho.
de conf. di
stin. 1.
b l. 1. de in
stit. cleric.
cap. 33.
c 3. p. q. 83
ar. 3 ad 7.
d l. 3. de ec
cles. offic. c.
19.
e loco cit.
f de d. u. of-
fic. c. de ce-
leb. miss.
g in rat. l.
4. c. 29. per
totum.
h l. 1. de ri-
tib. eccl. c.
12. fere per
totum.
i Matt. 27.
et Mar. 21
& Luc. 23
& Ioann.
19.
l c. 20.

18. Ex quacunque decenti materia vsque ad tempora aut s. Eusebij Papæ, secūdu a Gratianum, aut S. Syluestri Papæ, secundum b Rabanum, quando nouella erat Ecclesia, corporalia faciebant Christiani: Nam horum Pontificum alter (vel forsā vterque) vt deinceps ex solo, & puro lino fierent corporalia præcepit. Huius ordinationis rationem, adducit c s. Thomas dicens: pannum lineum, propter sui munditiam ad significandam, ex parte sacerdotis offerentis, conscientia puritatem, & propter multiplicem laborem, quo præparatur, ad significandam Christi Domini oblationem aptissimum esse.

19. Idipsum d Amalarius, e Rabanus, f Alcuinus, g Durandus, h Durantus & alij confirmant, asserendo vnanimiter: corporale importare ad litteram linteum illud mundum, i quo Ioseph corpus Dominicum inuoluit. Et vbi duplex est, extensum super altare dictam sindonem; plicatum. verò & super calicem positum, repræsentare sudarium, quo eiusdem Domini Christi fuit caput inuolutū, & in sepulchro, vt dixit l Ioannes, non cum linteaminibus positum, sed separatim inuolutum, in vnum locum, fuit repertum: Mysticè autem importare dicunt, offerentes, ac Eucharistiam participantem, instar lini, per multos labores ad resurrectionis candorem esse peruenturos: & pro tanto oportere, vt sicut corporalis linteum castigatione & presuris ab omni naturali viriditate, & humore

humore fecernitur; ita mens offerentis ab omni carnali cupiditate per pœnitentiam fecernatur. Et sicut linteum illud suo niter splendore; ita mens offerentis charitate & simplicitate niteat coram Deo.

20. *Vsum* tandem *sacrarum vestium* in Missa, teste a Radulpho, Tungrensi, ex auctoritate Gemmæ, & b Hugone Victorino, Clemens Romanus tradente beato Petro ex lege introduxit. Id quod probabile credo; Primò quia ante annos 1400. Polycrates apud c Eusebium, memorat S. Euangelistam Ioannem sacerdotem fuisse, & gestare Pontificale Patalon, quod græce significat ornamentum aliquod, siue insigne sacerdotale. Deinde & fortius, quia d s. Anacletus Papa successor s. Clementis, & quintus à s. Petro, non sicut de re noua, & à se inuenta, sed manifestans sic Apostolos statuisse, & sanctam Romanam tenere Ecclesiam, *sacrarum vestium*, mentionem facit, dicens; debere Episcopos Deo sacrificantes secum habere diaconos, subdiaconos, aliosque ministros sacris indutos vestimentis.

21. Fuit quidem variatio aliqua, & in numero & in forma vestium sacrarum: siquidem vsque ad tempora S. Syluestri Papæ, vt affirmant e Alcuinus, f Amalarius, g Vualfridus & h Baronius, non fuit Leuitis Dalmaticarum vsus concessus; quamuis Dalmaticæ iam essent in vsu. Primo enim tempore (vt discordia, quæ de hoc est inter Doctores, ad concordiam reducam, i Strabonis verba transcribendo) Sacerdotes Dalmaticis, ante ca-

a de Car.
obf. propof.
ultima.

b l. 2. de sa-
cram c. 11.
c l. 5. hist.
cap. 23.

d in decr.
Epif. 1.

e de diu. of-
fic. c. quid
signif. vest.
f l. 2. de ec-
cles. offic.
c. 21.

g de reb.
Eccl. c. 24.
h in notis
ad mart.
Rom. die
31. Maij
lit. b.
i vbi sup.

ularum vsum induebantur: postea verò cum casu-
 lis vti cæpissent, Dalmaticas diaconibus concesserunt: qui antea, secundum a Alcuinum Colobijs, hoc est, vestibus sine manicis utebantur. Nec omnibus diaconibus simul, sed decursu temporis, fuit dictus Dalmaticarum vsus concessus, vt probat b Baronius. In forma similiter stolæ & casulæ aliqualem fuisse mutationem factam tradidit c Durandus.

22. Fuerunt itaque semper ad sacrum ministerium sacræ in Ecclesia vestes: imò taliter à principio nascentis Ecclesiæ, quantum ex d S. Hieronymo, e Origene, & alijs colligere licet, & probat fuse f Durantus: sacræ vestes in huius sacrificij oblatione adhibitæ fuerunt, vt absque illis celebrare g illicitum, & a laicis (etiamsi sacratæ essent virgines) contingi, piaculum haberetur. Vtrumque enim suis in decretis interdixere sanctissimi Patres, summique Pontifices g Anacletus, h Soter, & i Stephanus I. Et ad abusum reprimendum & aliquorum ignorantia subueniendum, in l Concilio Dioecesano Eboricensi, per pontificium tamen, m Cælestini III. Legatum celebrato, in n Concilio Nationali Coyacensi, & in quodam Concilio Rhemensi à n Bruchardo relato, omnes & singulæ vestes sacræ numerantur: strictè præcipiendo; vt nullus presbyter vllatenus absque illis præsumat Missam celebrare. Ex quibus omnibus constat, vt intulit o Durantus, nedum falsam, sed omninò irridendam esse, irrisionem Vualdensium, aliorumque p hæreticorum huius temporis, qui vsum sacrarum vestium,

a loco cit.

b vbi sup.

c in rat. l.

3.c.5. n.6.

& c.7. n.1.

d epist. 3.

que est ad

Heliod.

e Orig hõ.

11. in c.20.

Leuit.

f l.2. de rit.

Eccl. c.9.

fere per

totum.

g ep. 1. dec.

h ep. 2. dec.

i ep. 1. dec.

l versus

medium.

m tit. 3.

n l.2. decr.

o l.2. de ri

tib. eccl. c.

9. n. 3.

vestium, uti recentem & nouum irrident, seipso
hoc risu dignissimos ostendendo.

23. Et confirmatur ulterius. Nam cum in
a veteri testamento præceperit Deus Moyse, ut fa- a cap. 28.
ceret Aaron Sacerdoti, & filiis suis vestes sanctas Exodi.
in gloriam & decorem, ut non nisi loti, vestibulq.
sacris induti sacerdotio fungerentur. Et cum cæ-
ci ipsi sacerdotes gentilium, ipsa & sola duce na-
tura, sacris & puris vestibus falsis suis Dijs sacrifi-
carint: ut b Virgilius eleganter cecinit,

b lib. 12.
Aeneid.

Puraque in veste Sacerdos.

Rem subaudi faciebat diuinam, addit c Seruius c in comm.
de auctoritate Festi. Planè etiam si Christus Do-
minus sacramentum hoc in cæna vltima instituens,
non alijs, quàm proprijs & ordinarijs vestibus vsus
fit; quantum ex d Ioannis Euangelio coniectari d cap. 13.
potest: diuino ductu Ecclesia sancta, ut ait e Du- e in rat. l.
randus, à temporibus Apostolorum (primum, quia 3. c. r. n. 2.
de institutore non constat, deinde quia citati Pon-
tifices, esto cum ipsis Apostolis vixerint, uti de re
ante ipsos in vsu loquuntur: & tandem, quia Chri-
stus Dominus, auctore f Fabiano I. Apostolos in, f Ep. 2. dec.
nocte cænae omnia requisita ad hoc, & alia sacra-
menta planè docuit) sacerdotes & ministros ad
offerendum & sacrificandum ordinatos, non sine
ornamentis mysticis, ad hoc munus sanctificatis
operari iure constituit. Quia si in sacrificijs, ut cum
g Iuone Carnotensi loquar; quæ tantum facie-
bant ad emundationem carnis: & addamus ex di-

g Ep. 124.

ctis, si in sacrificijs Dæmonibus, Idolisque oblati cum tanta reuerentia iste vestimentorum ritus erat obseruandus; quantò maiori cum reuerentia seruandus erit, in consecratione corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi? in quibus consistit emundatio carnis & spiritus, & vero, æternoque Deo tremendum offertur sacrificium. Præsertim cum sacra hæc indumenta, vt ipse a Iuo alibi dicit, virtutum sint insignia, & nedum ad ornatum, atque decentiam; sed ratione etiam significationis, quam iam iam declarem oportet, sint ad praxim receptæ.

a Ser. 3. de
reb. eccl.

b in rat. l.
3. per tot.
c l. 2. de ri-
tib. ecc. c. 9.
per totum
d l. 11. in
can. Missa
e Mar. 14.

24. Vestes igitur sacræ, quibus deuotè & ritè in Missæ celebratione vtitur Ecclesia, omisis multis, quæ de illarum significatione adducunt b Durandus, c Durantus, & alij, significant aliquid in Christo Domino, & capite nostro, & aliquid in sacerdote, vt ait d Gabriel. In Christo Domino important ad litteram sacræ vestes, indumenta, illa, quibus in sua passione indutus & vestitus fuit ad illusionem. Nam *amiclus* significat e velum, quo in domo Cayphæ Christi Domini faciem cooperuerunt Iudæi illudentes, & dicentes: prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit.

f Luc. 23.

Alba significat illam albam vestem, f qua iussu Herodis ludibriè, & iocosè vestitus fuit. *Cingulum* autem, *manipulus* & *stola*, innuunt tria ligamina, quibus Christus Dominus ligatus fuit in g captione, flagellatione, & crucis baiulatione: nisi velimus dicere *cingulum* flagella, *stolam* crucem, & *manipulum* in leua positum, vbi amoris ornamenta

g Ioan. 18.

gestari

gestari solent, magnum nostri amoris vinculum, quo Christus Dominus vinciebatur significare. *Planeta* deniq. siue *casula*, significat, a purpuream vestem, qua Christus Dominus post flagellationem indutus, illusus, & Iudæis ostensus fuit.

a *Matt. 27.*
Mar. 15. et
Ioan. 19.

25. Mysticè deinde in eodem Domino Christo eadem indumenta alia, & valde diuersa ab his significant. Nam *amiclus* humanam significat naturam, qua tecta est diuinitas: quæ est caput Christi, vt ait b Apostolus. Ita c Rupertus Abbas. *Alba* autem, quæ totum corpus tegit, puritatem corporis absque macula, tam originalis, quàm actualis culpæ, de virgine immaculata sumpti representat, ait d Gabriel. *Cingulum* quo alba defluës constringitur, charitatis immensæ denotat vinculum, quo vt nos redimeret, nostram Dei filius sibi naturam copulauit; vt prædixerat e Hieremias dicens: Charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans tui. ita idem f Gabriel. *Scola* deinde, quæ super amictum ponitur, & collo sacerdotis incumbit, ac pectus in modum crucis cingit, & munus obedientiam, dicit g Rupertus, significat, qua Christus Dominus factus est, vt dixit h Apostolus, Patri obediens vsque ad mortem crucis. *Manipulus* gestatus in leua, i ait Gabriel, præmium denotat, quod Christus Dominus, in hac vita per leuam significatam meruit, & sibi & nobis: Nobis vitam, sibi verò gloriam, & exaltationem sui nominis, vt prosequitur ibidem Paulus. *Planeta* denique siue *casula*, vt ijdem l Rupertus & m Gabriel affirmant, plenitudinem significat gratiæ

b 1. Cor. ii
 c lib. 1. de
 diu. offic.
 c. 19.

d lect. 12.
 in can.
 Missa.
 e c. 31.

f ubi sup.

g lib. 1. de
 diu. offic. c.
 21.
 h ad Phil.
 2.
 i loco cit.

l lib. 1. de
 diu. offic.
 c. 22.
 m lect. cit.

Christi Domini, qua non solum ipse, sed fideles omnes, illius membra adornantur, accipiendo de plenitudine eius, quemadmodum dixit a Euangelista Ioannes.

26. In sacerdote tandem, qui vestibus, quibus Iudaicus furor in sua passione ad contumeliam Christum Dominum induit; utitur ad gloriam in officio commemorationis eiusdem Dominicæ passionis: habent dicta sacra indumenta mysticam, significationem, ut notarunt b Amalarius Fortunatus, c Hugo de sancto Victore, & omnes, qui de officio Missæ scripsere; quia cum d Iuone Carnotensi loquendo, nihil est adhuc in cæremonijs, & vestibus Ecclesiasticis, ratione carens, sed omnia sunt forma sanctitatis, & omnium imago virtutum.

27. *Amictus* in primis, qui subtractorium est cæterarum vestium, & illo induimur, ad expugnandos diuino auxilio diabolicos incurfus, uti postulamus in oratione, quam ex sanctæ Ecclesiæ præscripto, dum illum assumimus recitamus, significat & fidem, & vocis castigationem, nam fides, iuxta e S. Pauli doctrinam est armatura, in qua possumus omnia tela nequissimi ignea extinguere. Et insuper f est substantia, & fundamentum totius ædificij spiritualis, & maximè in hoc sacrificio necessaria, sicut per calicem cum hostia in fidei pictura notatur: & manifestat ipsa Ecclesia, petens, g ad sensuum defectum supplementum fidei: cuius per anthonomasiam mysterium dici sacramentum hoc, ex forma consecrationis sanguinis liquet. Vnde etiam habemus circa illud

opor-

a cap. 1.

b l. 2. de eccl. offic. à c. 15.

c in spec. eccl. c. 6.

d Serm. de sign. indu. ment. sacerdot.

e ad Ephes. 6.

f ad Hebr. 11.

g in bym. Pange lin.

oportere vocem castigare, id est, reprimere, & in obsequium fidei captiuare, ne defluat ad inania, dum gestit ineffabilia exprimere, & humanis verbis fidei mysteria declarare.

— 28. *Alba* deinde, vt dicunt a Amalarius, b Rupertus & c Hugo de sancto Victore, imò vt ipsa, insinuat Ecclesia in oratione, quam sacerdos dicit, dum albam induit: corporis ac mentis candorem; virtutum ac bonorum operum munditiem significat: quia iuxta vaticinium d Isaiaë, mundari, & mundi debent esse, qui ferunt vasa Domini. Hæc ad talos vsque descendit vestis, ait e Rabanus, quia vsque ad finem vitæ huius bonis operibus insistere debet sacerdos, præcipiente ac promittente Domino: f *Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.*

— 29. *Cingulum* postea, g nedū Victorinus Hugo, sed h Ecclesia ipsa, imo potius & i Dominus Christus, iuxta expositionem l sancti Gregorij, m Glosse ordinariæ, n Lyræ, & aliorum: virtutem continentiaë, & castitatis denotare affirmat. Quamuis non incongruè, nec contra Ecclesiæ intentum, cum perseuerantiam, vel (vt ita loquar) manentiam, seu permanentiam postulet castitatis; possemus dicere cum o Rabano & p Gabriele, albæ candore castitatem & munditiem, & talis munditiæ perpetuitatem cingulo stringente, ac impediente ne ipsa defluat tunica, aut gressum impediatur, designari. Non enim tantum sacrificij tempore castitas & munditia seruanda est, sed perpetuò, & nunquam laxanda. Nam secundum doctrinam

a l. 2. de eccl. offic. c. 18.

b l. de diu. offic. c. 20. c in specul. Eccl. c. 6. d e. 52.

e l. 1. de in stit. cler. c. 16.

f Apoc. 2. g in spec. eccl. c. 6.

h in orat. quam dicit sacerdos ad cingulum.

i Luca 12. l hom. 13. in Euang.

m in c. 12. Luc.

n in c. 12. Luc.

o l. 1. de in stit. cleric c. 17.

p lect. 12. in can. Missæ.

- a Luc. 9. a Christi Domini, qui mittit manum ad aratrum, & aspicit retrò, non est aptus Regno Dei.
- b l. 2. de eccl. offic. c. 24. 30. Manipulus præterea, quam Amalarius, & c Rabanus Phanonem, mappulam, siue mantile vocant: & quem secundum d Rupertum, in brachio sinistro, vt dextrum expeditum maneat ad ministrandum, portant altaris ministri: testibus e Hugone de sancto Victore, & f Gabriele, significat cordis deuotionem & vigilantiam: per quam accidia (quæ sæpè mentibus accidit, & post supradictas, dicendasque virtute surrepit) continuò remouenda est, & abstergenda ab oculis animæ. Semper memoria recolendo, vt addit g Rupertus, & insinuat h Ecclesia, quod si timens, securim iudicij æterni (quæ iam i ad radices arboris posita est, vt omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidatur & in ignem mittatur) ne dum disuerit sacerdos, quem in hoc sacrificio cum tractaturus, tū sumpturus est, & qualis oporteat sit, tali sublimatus ministerio, sed etiam per virtutes taliter portauit manipulum fletus & doloris, vt i dignos penitentiæ fructus fecerit, cum exultatione merebitur recipere mercedem laboris, & manipulos iustitiæ, per quos iuxta m Pontificale Romanum, designantur fructus bonorum operum, reportare: iuxta illud n Psalmi: Euntes ibant & flebāt, mittentes semina sua: Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos. Hoc est, fructum seminis, & coronam gaudiorum, & exultationis: vt declarat Glosa interlinearis.
- i Matt. 3.
- l Matt. 3.
- m in ord. subdiac. n Psal. 125

31. *Stola* adhuc secundum a Amalarium, b Rupertum & c Gabrielem, obedientiam, & humilitatem, qua d suaue Christi Domini iugum & leue onus ferendum est, representat: vti declarat Episcopus dicens, e dum stolam ante ordinandi pectus aptat: Accipe iugum Domini. Et ideo, vt notat f Durandus, sacerdotibus circa collum, & diaconis super finistrum humerum ponitur. Est namque iugum simul & onus. Iugum sacerdotibus, onus diaconis. Vterque tamen eam cum osculo sibi imponit, ad manifestandum assensum, & desiderium quo se subijcit huic iugo & huic oneri: optans, vti ex g Ecclesie ordinatione, dum stolam assumit, precatur ascendere per obedientiam, vnde per inobedientiam cecidit; subiensque torquem obedientie, pro veste & stola innocentie recuperanda. Duo vero stolae brachia, secundum ipsum h Durandum prudentiam & temperantiam, & secundum i Gabrielem, patientiam & prudentiam vitae sacerdotali valde necessarias virtutes denotant. Quibus addi debet persenerantia in stolae longitudine designata, vt dicunt l Hugo Victorinus, & m Rupertus. Et denique quibusdam nexibus stola cum cingulo colligatur, dicunt n Iuo Carnotensis, & o Durantus, quia virtutes virtutibus adunantur, ne aliquo tentationis impulsu moueantur.

32. *Casula* insuper sic dicta, secundum p Rabanum, per diminutionem a casa, eò quòd totum hominem tegat, quasi minor casa: vestis est superior ceteras formans, & superexcellens, ac per

a l. 2. de eccl. offic. c. 20.

b l. 1. in ff. cler. c. 21.

c l. 1. cit.

d Matt. 11

e Pont. Rõ.

vel ordo

Rom. c. de

ordinib.

fin rat. l. 3

g in orat.

ad stolam.

h loco cit.

num. 3.

i l. 12. in

can. Missae

in specul.

Eccl. c. 6.

m lib. 1. de

diu. offic.

c. 33.

n serm. de

signif.

indument.

sacerdot.

o de ritib.

Eccl. l. 2. c.

9. n. 15.

p l. 1. in ff.

cler. c. 21.

suum munimen tegens & seruans. Hanc Græci
 Planetam, & alij, teste a Hugone de sancto Victo-
 re, Insulam nominant; denotat verò quemadmo-
 dum dicunt b Rabanus, c Durandus, & d Gabriel,
 & alij, imò quod magis est, e Pontificale Roma-
 num, charitatem, quæ cunctis virtutibus supereminet,
 & earum decorem suo tutamine protegit,
 & suâ illustrat luce; imo illarum exercitium, esto
 f circa difficile, & arduum sit, ac pro tanto ab
 g Ecclesia iugum dicatur, dulce ac suaue reddit,
 uti ipsamet h Ecclesia manifestat, virtutum in sa-
 cris vestibus significatarum exercitium non qua-
 lecunque iugum significans, sed iugum suaue, &
 onus leue, iugum amoris, & onus dilectionis, cha-
 ritatis adiumento, & gratiæ consecutione alleuia-
 tum. Quod autem casula vnica cum sit, & inte-
 gra (ait Durandus ex Innocentio III.) extensione
 manuum in anteriorem, & posteriorem partem,
 quodammodo diuidatur; signat dua brachia, vel
 præcepta charitatis, ad Deum scilicet & ad proxi-
 mum; in quibus duobus mandatis i tota lex pen-
 det & Prophete. Latitudo autem ipsius casulæ,
 secundum i Durandum, latitudinem significat
 charitatis, quæ etiam vsque ad inimicos extendi-
 tur: ratione cuius dicitur à m Psalmista, manda-
 tum latum nimis. Hæc (cum sit, & n dicatur ve-
 stis nuptialis) si caret sacerdos in hoc regali, ac
 nuptiali conuiuio, ligatis manibus, & pedibus, eij-
 cietur in tenebras exteriores.

33. *Dalmatica* denique (quia de alijs Pontifi-
 calibus, aut ad alia, præter Missæ sacrificium, mi-
 nisteria

a in spec.
 eccl. c. 6.
 b l. 1. inst.
 cler. c. 21.
 c in Rat.
 l. 3. c. 7. n. 1
 d lect. cit.
 e in ord.
 presbyt.
 i Arist. l. 2
 Ethic. c. 3.
 6. & 7.
 g in orat.
 ad casul.
 h in eadē
 orat.

i Matt. 22.
 l ubi sup.
 n. 2.
 m Ps. 118.
 n Matt. 22
 & glossa
 interl. &
 Lyra ex
 auctorit.
 S. Greg.

nisteria necessarijs vestibus, nunc non agimus) qua vtuntur Leuitæ, latitudine sui, vt volunt Hugo a Victorinus, & b Iuo Carnotensis, idem significat, quod casula; quia vtrorumque istorum sacerdotum & leuitarum ad implenda dilectionis, & charitatis præcepta eadem debet esse custodia.

a in spec.

eccl. c. 6.

b serm. de

signific. in

aum. sac.

34. Sacerdos ergo Missam celebraturus, sacris se vestibus induens, mente recolat, & memoret, ac in seipso conetur habere, quod dictæ sacræ vestes representant, tum in capite nostro, & Christo Domino, tum in ipso sacerdote.

Ceremoniarum in sancta Missa sæpius iteratarum pietas, antiquitas, & significatio, ac Missa partitio.

Præliudium III.

Subsannant quidem hæretici cæremonias omnes, aut ferè omnes vsurpari solitas in Missa; tanquam sint per se ineptæ, inutiles, & ridiculosæ. Sed eas esse pias, & antiquas, vtilisque ad nostram instructionem, & mysticam significationem, probant adamussim c S. Thomas, d Cardinalis Bellarminus, e Franciscus Suarez, & f Gregorius de Valentia, cum quibus sequentia compendiosè annotanda, necessario duxi.

c 3. p. q. 83

ar. 1. & 5.

d l. 2. de sa

cram. a c.

29. & l. 2.

de Missa à

c. 13.

e t. 3. in 3.

p. S. Thom

disp. 84.

sect. 1.

f t. 4. disp.

6. q. ult.

punct. 3.

2. In primis, vt vnico verbo omnia probem, omniaque comprehendam, tribus de causis iuste & piè honestis, & decentibus cæremonijs fuisse Milsæ sacrificium condecoratum primò, vt debita honestate, modestia, ac reuerentia peragatur: deinde vt exteriores patriæ actus exercean- tur: & tandem vt aliquid sanctum & honestum significetur: ita est perspicuum & clarum, vt probatione minimè indigeat. Nam si omnia, iuxta
 a 1. Cor. 14 a doctoris gentium doctrinam, honestè & secundum ordinem fienda sunt: maiori ordine, maiorique honestate, ac reuerentia, quæ ad venerationem Eucharistiæ pertinent, fieri debent. Insuper si non solum animam, sed etiam corpus à creatore nostro Deo accepimus, ipsa rationalis ratio docet, nos, nedum animæ interioribus, sed etiam corporis exterioribus actibus ipsum Deum adorare, & venerari debere. Denique si, vt ait
 b Ad. Rõ. 1 b Paulus, inuisibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, piè, religiosè, & vtiliter, vt mente sursum tendamus, decentibus in Milsæ sacrificio, vtimur cæremonijs, quæ non solum affectum, sed intelligentiam adhuc iuuant, vt c S. Augustinus docet, præsertim cum rudibus cæremoniæ loco scripturæ, vel picturæ sint. Piæ ergo, & sanctæ sunt cæremoniæ; nam placendum est, vt d S. Cyprianus dixit, diuinis oculis & habitu corporis, & modo vocis.

3. Sed vt ad antiquitatem cæremoniarum deueniamus (illis, quæ, vt actio locutioni conformis sit, sunt ommissis) de quibus ad decorem
 quen-

a 1. Cor. 14

b Ad. Rõ. 1

c cp. 119.

e. 7.

d de orat. dominic.

quendam pertinere est certum, & de genuflexionibus, elevatione manuum, iburificatione, & similibus loquendo, nemine ignorare credo, illas ad diuinam venerationem ab ipsa natura fuisse hominibus dictatas: quandoquidem nedum fideles omnes, tam veteris, quam nouæ legis; sed infideles etiam & ethnici, imò & barbari, vti scriptores omnes testantur, illis in venerationem numinis, aut Dei, ipsis cogniti sunt semper vsi. Verùm enim verò (vt quæ mundi sunt, de supernis tractans omittam) tantummodo ex aliquibus (ne multitudo fastidium generet) scripturæ sacræ, & doctorum sanctorum locis, dictarum cæremoniæ comprobationem, hic & exempla adducam.

4. Fuisse in more Christianis primitiuæ Ecclesiæ, ad orandum Deum *manus eleuare aut extendere*, testatur ^a Tertullianus; & habemus exemplum ^b Moyfis, ^c Dauidi, ^d & Salomonis, & præceptum ^e S. Pauli.

5. Debere sacerdotem celebrantem aliquando *oculos ad caelum eleuare*, constat ex ^f S. Ambrosio, & ^g omnibus liturgijs, & habemus exemplum in ^h Dauid, & in ⁱ Christo Domino.

6. *Corporis inclinationes, & genuflexiones*, liturgiæ, omnes præcipiunt faciendas esse in Misfa & habemus exemplum ^m Danielis, ⁿ Apostolorum & ^o Christi Domini.

7. *Pectoris tunctionem*, Christianis primitiuæ Ecclesiæ vsitatum fuisse; affirmat ^p S. Augustinus; sacerdotibus autem sacrificantibus præcep-

a in apol.

c. 30.

b Exod. 17

c Psal. 62.

d 140.

d 3. Reg. 8.

e 1. ad Timoth. 2.

f 1. 4. de sacram. c. 5.

g liturgia

S. Iacobi,

S. Marci, S.

Basilij,

S. Cbristom. S. Seueri, Aethyop. Mozarabum, & nostra Latina.

h Psal. 122

i Ioan. 11.

o 17.

l iam sup. citata.

m c. 6.

n ad Eph. 3. et Act. 21

o Luca 22

p serm. 8.

de verb.

Dom. c. 1.

a in rubr.

b Luca 18

c Luca 23.

d sup. rel.

e c. 3. de ec

cles. Hier.

f Exod. 30

Leuit 4

g Leuit. 10

h Num.

i 16. et alibi

j Ps. 140.

k Apocal. 8

l 11. 8. const.

m Apost. c. 11.

n Cathac.

o S. mystag.

p n l. de orat

q s. ult.

r o Gen. 27.

s p Gen. 45.

t q Exod. 18

u r Tob. 7.

v f 1. Pet. 5.

w t 1. ad Thej

x sal. 5. & 2.

y Corint. 13

z u supra re

aa latarum.

ab x tra. 118.

ac in Ioan.

ad y Homil.

ae 55. in Mat.

af z seß. 22.

ag de sacrif.

ah Missæ c. 4.

ai 5. & can.

aj 7. & 9.

ptum, constat ex a Missa Mozarabum, & exempla
habemus in b Publicano, & in c militibus, qui
Christum Dominum crucifixerunt.

8. Ecclesiam semper in Missis solemnibus *abu-
ra adol. re* consueuisse, ex omnibus liturgijs fit
manifestum: & e S. Dionysius Areopagita affir-
mauit: & habemus exempla, in f altari thymia-
matis, in g thuribus leuitarum & sacerdotum,
in h Dauide, imò & in i Angelis.

9. De *altaris & pacis osculo* extant manifesta
testimonia l Clementis Romani, m Cyrilli Hie-
rosolymitani, & n Tertulliani, & exempla habe-
mus in o Isaco, in p Iosepho, in q Moyse, in r Ra-
guele, & alijs, & præceptum f S. Petri, &
t S. Pauli.

10. De *crucis tandem consignatione*, quæ
Christianorum est proprium, & singulare signum,
habemus ritum u omnium liturgiarum, & testi-
monia x S. Augustini, & y S. Chrysothomi.

11. Constat ex dictis nihileorum, quæ sacer-
dos facit in Missa, esse nouum, aut ridiculosum,
sed antiquum & ferium. Primò quia illorum ha-
bemus antiquissimorum & sanctissimorum Pa-
trum exempla; & secundò, quia, aut ab ipso
Christo Domino fuere instituta, aut à sancta
Ecclesia piè sancteque ordinata, vt docet z Con-
cilium Tridentinum.

12. Quare à nonnullis, & cordatè satis Missa
institutio diuina appellatur, non quòd tota sit à
Christo Domino immediatè instituta: sed quia
substantialia eius à Christo Domino immediatè
dimana-

dimanarunt : reliqua verò adiuncta sunt ab Ec-
clesia, per potestatem sibi à Christo Domino, in
Apostolis, maximè in Petro, & successoribus eius
Pontificibus summis concessam, vt idem declarat
a Concilium .

13. His addit b S. Thomas tertiam rationem.
Ex dictarum cæremoniarum significatione, aut
mystica, aut morali petitam . Nam inanè, & va-
num dici nequit, quod ratione alicuius mysterij,
vel significationis fit : nos autem nihil absque
mysterio, & absque significatione in Missæ sacri-
ficio facimus nihil : quemadmodum alijs breuius
probat c Angelicus Doctor dicens : Ecclesiam
vti in Missa *cerereis accensis, & thurificatione*, pri-
mò ad reuerentiam huius sacramenti : ista namq.
ad honorem, & reuerentiam, accommoda esse
constat ex d Canonibus Apostolorum, & ex riti-
bus nuptiarum à Christo Domino e relatis . Se-
cundò propter significationem, vt sciamus nimi-
rùm thurificatione & f accenso lumine sponsi spe-
ctandum esse aduentum . Vnde quando accedi-
mus ad sacramentum hoc, oportet vt teneamus
g lucernas ardentis in manibus, hoc est, vt expli-
cuit ipsa veritas h Christus, vt luceant opera no-
stra bonæ coram hominibus . Oportet etiam si-
mus per virtutes & gratiam bonus odor Deo, qui
teste i Apostolo, odorem notitiæ suæ manifestat
per nos in omni loco, & bonus odor fama bona
est, secundum l S Augustinum . Et ideo *Thuri-
ficatio altari*, per quod Christus Dominus desi-
gnatur, *Thurificantur omnes per ordinem* .

a *sess. 21. c.*
2. *de com.*
sub utraq.
specie.
b *3. p. q. 83*
ar. 5.

c *loco cit.*

d *can. 4. &*
70.

e *Matt. 25*

f *Hier. ep.*

30. *quæ est*

ad *Marcel.*

g *Lucæ 12*

h *Matt. 5.*

i *S Greg.*

hom. 13 in

Euang.

l *2. Cor. 2.*

1 *tract. 50.*
in *Ioan.*

14. Ad significandum deinde, vt notauit a 3.p.q.55 a S.Thomas, in die resurrectionis Dominum ar.3.ad.3 Christum sese quinques manifestasse fidelibus, *quinques sese sacerdos uertit ad populum in Missa.*

15. *Salutat septies populum* in ordine, vt ait b in rat. b Durandus, ad septiformem gratiam Spiritus l.4.c.14.n. sancti, quatenus exclusis septem vitijs capitalibus, suscipiat septiformem gratiam.

16. Utitur in salutatione voce illa, *Dominus c l.1.de sacram.c.15 & d Bellarminus, ad excitandum populum cum ad orandum, tum ad audiendum, quæ dicuntur. d lib.2.de Miss.c.16*. Est enim quasi religiosa vocatio, vel inuitatio, qualis inter religiosos est particula, Deo gratias, aut Aue Maria.

17. Vel dicamus e cum alijs, sacerdotem vti e Alc. l.de diu. offic. c.de celeb. Miss. & eius sign. & Exag. in can. tali salutatione, ad insinuandum Christum Dominum esse nobiscum, vsque ad consummationem sæculi, sicut promisit in f Euangelio.

18. Verum licet eis, quos salutamus, quemadmodum notauit g Durandus, faciem regulariter representemus: tamen in quinque dumtaxat vicibus, quatuor ex dictis, & quando dicit, *Orate fratres*, se ad populum conuertit sacerdos, g Matt.28. non autem quando dicit Euangelium, quia iam intentus est ad Dei verba annuncianda: nec ante præfationem, quia iam intentus est ad sacrificium altaris tractandum: nec in fractione hostiæ, quia tenet Christi Domini corpus in manibus, & debet attendere ad reuerenter illud tractandum.

19. Est adhuc addendum cum ipso ^a Durando, ^a *Ibid. n. 11* *semper ad populum saluandum se sacerdotem vertere ad dexteram*, vel vt innuat se in oratione rectam habere intentionem, per dexteram significatam: vel quia tam se, quam populum ad orandum hortatur, & oratio debet fieri pro æternis in dextera significatis.

20. *Leuat in altum manus sacerdos dum orat*, vt docet ^b S. Thomas, ad designandum orationē eius dirigi pro populo ad Deum, secundum illud ^c Ieremiæ, *leuemus corda nostra cum manibus ad Dominum in cælos*. ^b 3. p. q. 83 ar. 5. ad 5. ^c c. 3. *Thr.*

21. *Manus interdum iungit*, præsertim quando aliquid est benedicturus, vt declarat se illa agere & benedicere in nomine & in virtute illius, qui dextram diuinitatis & leuam humanitatis habet vnitas in eadem persona. Ad cuius maiorem declarationem faciendo cruces, vt aduertunt ^d Innocentius III. & ^e Durandus, *manus super mensam altaris, vel super id quod est benedicturus extendit sacerdos*, quia Christus Dominus virtute & auctoritate cuius benedictionem tribuit super aram crucis, iuxta ^f Isaiaë vaticinium expandit manus ad populum non credentem, & quia tali manuum impositione, cum manus effectum importet operis, ad amulsim declaratur Deum efficaciter benedicere, ac sanctificare, quæ signo crucis benedicit sacerdos: *digitos* tamen, vt notauit ^g S. Thomas, *iungit post consecrationem*, scilicet pollicem cum indice, quibus corpus Christi consecratum tetigerat, vt si qua particula

^d lib. 4. de myst. Miss. c. 10.

^e in rat. l.

4. c. 46. n.

15.

^f c. 65.

^g *ubi sup.*

cula digitis adhæserit, non dispergatur.

a *ibidem.* 22. *Se aliquando inclinât sacerdos*, sicut ipse dixit Angelicus Doctor, aut quia est, suppliciter & humiliter orantis: aut vt designet humilitatem, & obedientiam Christi Domini, ex qua, teste b Paulo, passus est.

b *ad Phil.*
2.

23. *Varias facit sacerdos in Missa crucis con-*
signationes, vel ad commemorandam Christi Domini passionem, cuius memoria specialiter fit in Missa, vt postea dicemus amplius; vel quia nisi signum crucis iuxta c S. Augustini doctrinam, adhibeatur sacrificio, non rectè perficitur; cum sit signum in fractum, & omnibus in rebus adhibendum, sicut pluribus probat d Durantus.

c *tract. i. in*
in Ioann.

d *l. 2. de ri-*
tib. eccl. c.
46. *per tot.*
e *3. p. q. 83*
ar. 4. ad 6.

24. *In missis tandem solemnibus, quedam di-*
cuntur à Sacerdote, quedam à ministris, & que-
dam à choro: Cuius rationem tradidit c S. Thomas, dicens: Tangi in hoc sacramento ea, quæ pertinent ad totam Ecclesiam: vnde quæ pertinent ad populum, dicuntur à choro: ex quibus aliqua, vt canticum Angelorum, & symbolum fidei, incipiuntur à Sacerdote, qui personam Dei gerit, vt ostendatur populum per diuinam reuelationem, accepisse mysteria fidei, & quæ pertinent ad salutem spiritualem. Doctrinam autem veteris ac noui testamenti traditur à ministris, quia per ministros à Deo missos doctrina est hæc populis annunciata. Illa verò quæ ad officium sacerdotis pertinent, qualia sunt: f dona, & sacrificia, ac preces offerre pro populo, dicit solus sacerdos. Ex quibus, quæ communia sunt ipsi sacerdoti,

f *ad Hebr.*
5.

cerdoti, cum populo, vt orationes communes publice profert. Quæ autem ad solum sacerdotem pertinent, vt oblatio & consecratio, dicit secretò, ad maiorem scilicet populi reuerentiam, vt Valentia notauit, quia diuina mysteria cum silentio tractanda, ac veneranda sunt. In omnibus tamen, etiam in his quæ secreto dicit, excitat sacerdos populi attentionem, & deuotionem dicens multoties & publicè, *Dominus vobiscum*, & *per omnia secula seculorum*, ad hoc, vt populus suum tribuat assensum, respondendo, *Amen*, aut *Et cum spiritu tuo*.

25. Dixi & accuratè in missis solemnibus, non autem in communibus; nam licet ex parte loci, in quo celebratur, ex parte auditorum, si pauci intersunt; ex parte communionis, si solus communicat celebrans; ex parte alicuius particularis finis, si celebratur in honorem alicuius sancti, pro aliquo defuncto, aut pro peculiari aliqua viuorum necessitate, & ex alijs capitibus ad longum relatis, & explicatis à Gregorio de Valentia, possit Missa priuata dici: ex parte nihilominus Missæ, fructus, qui ad omnes fideles redundat, & ex parte ministri, qui vt publicus, atque communis Ecclesiæ minister pro omnibus sacrificium offert, omnis Missa est reuera, atque censerì debet communis, & nulla merè priuata: vt definit c. Concilium Tridentinum, his verbis: Illæ quoque Missæ (quæ nimirum ex aliquo dictorū capitū priuatæ dici possunt) verè communes censerì debent: partim quod in eis populus spiritualiter commu-

a tom. 4.
disp. 6. q.
ult. punct.
3.

b ubi sup.

c sess. 22.
c. 6. de sac.
cr. Miss.

nice: partim verò, quòd à publico Ecclesiæ ministro, non pro se tantum, sed pro omnibus fidelibus; qui ad corpus Christi pertinent celebretur. Quare rectè & orthodoxè a S. Chryso-
a Hom. 6. in 1. ep. ad Timot. & hom. 26. in Matth. & alibi & S. Aug. vel auct. 1. de eccl. dogm. c. 30.
 stomo, alijque Patres sacerdote in, quasi communem quandam totius orbis parentem esse affirmant. Et merito quidem. Nam apud diuinam clementiam totius humani generis agit causam; tota secum Ecclesia in ministris, aut ministro congemiscente, postulante & præcante. Et ideo etiamsi soli sint sacerdos & vnicus minister in plurali, & communi loquuntur, quia communitatis totius causam agunt, & corpus representant.

26. Hisce sic præhabitis, vt desideratam claritatem seruemus, Missam in principio diuidamus, necesse est. Et licet à diuersis diuersimodè diuidatur, in præsentem illam, b cum Gabriele in tres secamus partes. Prima dicitur præparatio; secunda canon, siue confectio, & tertia communio, siue consumptio. In prima fit præparatio populi & offerendorum: nam populus docetur, siue illuminatur, & materia consecrationi idonea, in altari consecranda præparatur, aut disponitur. In secunda consecrantur oblata, & summo omnium Patri Deo offeruntur. In tertia consecrata, (hoc est, Eucharistia) cum benedictionis plenitudine, sumuntur aut consumuntur; & proceditur ad illorum participationem. Prima durat à principio Missæ vsque ad præfationem: secunda à præfatione vsque ad Pater noster: & tertia à Pa-

ter noster vsque ad finem Missæ. De quibus omnibus seorsum & ordinate dicemus.

Prima pars Missæ.



SACERDOS, vt ait a Gabriel, lotis manibus à corporalibus fordibus; magis autem à tenebrarum operibus: ac non tam capite discriminatus, quam intentione discretus, segregatis omnibus extraneis cogitationibus, soli Deo sacrificare intendens, *sacris vestibus* foris corpore *armatus*, magis verò virtutum habitibus, intus animo vestitus, Christi Domini personam in cruce se Patri pro nostra salute offerentem representans, *calicem in manu ferens ad altare procedit*, animo reminiscens, quemadmodum Christus Dominus baiulans sibi crucem (vt inquit b Ioannes) exiuit in eum, qui dicitur calumniæ locus.

a lect. 15.
in can.
Missæ.

b c. 19.

2. Porrò missæ sacrificium, quamuis in illo Christi Domini passio, resurrectio atque ascensio præcipuè significetur, vti probat sufficienter c Micrologus; tam prouida reperitur ordinatione dispositum, vt sicut affirmant d Amalarius & e Durandus, quæ per Christum, & in Christum, ex quo de cælo descendit, vsque dum in cælum ascendit, gesta sunt, magna ex parte contineat: & ea tam verbis, quam signis admirabili quadam specie representet, haud inordinate. Vnde Sa-

c l. de Eccl. obseru. c. 13.

d l. 3. de eccl. off. c. 5.
e in rat. l. 4. c. 1. n. 11.

acerdos sacris ornatus indumentis de sacra aede egrediens,

a in rat. l. 4. c. 6. n. 1. *b lib. 1. de diu. offic. c. 28.* *c l. 2. de sacram. c. 14.* *d Psal. 80.*
egrediens, & ad altare accedens significat secundum ipsa Durandum, *b* Rupertum, & *c* Hugonem de sancto Victore, quod Christus Dominus expectatio gentium, carne sacrosancta assumpta ex Virginis carne incorrupta, de secreto habitaculo caelorum, egressus est in mundum, vel de secreta aede, videlicet de virginali utero, egressus est *d* tanquam sponsus de thalamo suo. Ideoque sacerdote ad sanctum altare egressuro, debet tam ipse sacerdos, quam tota praesens Ecclesia dilatare animam suam, & amplo, ac lato fidei sinu tenere memoriam incarnationis, passionis, resurrectionis, & ascensionis Domini nostri Iesu Christi, & pro tot, tantisque beneficijs gratias Deo agere.

3. In Missis autem solemnibus praecedunt thurificator cum thuribulo, & acoluthi portantes flammantes cereos, vel, ut ait Hugo Victorinus, in signum & memoriam, quod per aduentum Domini Christi sedentibus in regione umbrae mortis, odor notitiae Saluatoris & lux orta est eis, sicut praedixerat e Isaias: vel ut vult f Rupertus: in signum gaudij quod in ortu Saluatoris, omni mundo effulsit: de quo Angelus ad pastores dixit, g Euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus in Ciuitate David.

4. Sed postquam ad altare ventum est, cerei, & thus, quae praecesserant postponuntur, ut ostendatur secundum h Durandum, ante & post Natiuitatem

tatem Saluatoris Doctores fuisse luce fidei, & odore doctrine homines & plebem illuminantes. Verum enim verò dicti Acoluthi, vt ait ^a Hugo ^{a l. 2. de sa} de sancto Victore, vsque ad Kyrie eleison, lumi- ^{cram. c. 14} naria tenent, quia Doctores & illuminatores Ecclesie verbo & exemplo doctrine lumen fidelibus præbere debent, quoadusque ipsi Deum imitari incipiant: & donec Christum Dominum veram lucem omnem animam illuminare cognoscant.

^b 5. *Præcedunt etiam sacerdotem ministri duo,* non pariter, neque à latere incedentes, sed vnus post alium, in quibus dicunt ^b Hugo Victorinus, ^{b vbi sup.} & ^c Rupertus Abbas denotari vetus & nouum ^{c l. 1. de di} testamentum, hoc est, legem & Euangelium, siue ^{uin. offic.} vtriusque prædicatores: quorum lex, tempore est ^{c. 28.} prior, Euangelium autem dignitate. Hæc namq. salutis mysteria Saluator noster inuexit, qui Euangelium quidem attulit, ^{d Matt. 5.} d legem verò non soluere, sed adimplere venit. Subdiaconus quoque præfert textum Euangelij, quia profectò lex testimonia continet Christi Domini, sicut ipse met dixit Iudeis; ^e si crederetis Moyse, crederetis forsitan & mihi, de me enim ille scripsit: Por- ^{e Ioan. 5.} rat verò clausum, quia videlicet ^f antequam ^{f Apoc. 5.} Agnus occisus aperuisset signacula septem clausum erat in libro legis sacramentum eius passionis.

^{6.} *Sacerdos verò in altaris ingressu medius inter dictos ministros sistitur:* quia Christum Dominum, vt vult ^g Durandus, medium inter ^{g In rat.} vtrumque testamentum denotat. Nisi dicamus ^{l. 4. c. 6. n. 3} signifi-

significare Christum Dominum utrumque populum suo adunasse aduentu, & utriusque populi gentes ad sui sequelam vocasse. Nam confessione peracta Sacerdotem à retrò ipsi ministri sequuntur stantes, nec ad altare accedunt, nisi quando illos aliquid ministrare oportet, ad insinuandum non solum martyres veteris legis, ut dixit a Durandus, sed etiam omnes Christi Domini seruos, & ministros, qui ipsum sequuntur, ut, ubi ipse est, & ipsi sint, quemadmodum apud b Ioannem promisit.

7. *Accedens igitur Sacerdos ad altare*, antequam officium inchoet, ex Apostolica traditione probata ex liturgia c S. Iacobi, & ex his, quæ dicit d S. Dionysius Areopagita, ut vult e Petrus Crespetius, *confessionem præmittit generalem, & publicam*. Primò ad venialium deletionem; deinde ad propriam humiliationem, quam in inclinatione corporis, & crucis signatione, quibus propriam imbecillitatem recognoscens, diuinum signis implorat auxilium, præfiguratur. Et tandem quia iuxta f Sapiientis consilium, Iustus sui est accusator in principio sermonis. Ob quas easdem causas populus, vel minister in persona populi similiter confitetur, ut & ipsi sacra mysteria dignè valeant participare.

8. Verum est tamen in primitiua Ecclesia, generalem confessionem non fuisse factam eisdem his verbis, quibus nunc fit: imò potius plures in confessionis forma, & verbis fuisse mutationes

a *In rat. l.*

4. c. 11.

n. 7.

b *cap. 12.*

c *in princ.*

d *de Eccl.*

Hierar.

cap. 3.

e *In sum.*

Cath. fid.

verb. con.

sess.

f *Prou. 18.*

iuxta trã-

slat. 70.

tiones factas, ex dicta liturgia, ex confessione, quam scripsit a Micrologus, & b Radulphus transcripsit, & ex præsentis sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & aliarum particularium Ecclesiarum, ac Religionum usu manifestè probatur. Vnde conciliari possunt c asserentes sanctum Damasum Papam mandasse initio celebrationis Missæ confessionem fieri, cum d adscribentibus sancto Pontiano Papæ hoc institutum: Si dicamus utrumque in hoc aliquid innouasse, aut ordinasse. Nam quoties idem, ut ait Radulphus; à diuersis Pontificibus reperitur constitutum, vel obseruatum à prioribus innouasse, auctorisasse, declarasse, publicasse, aut quid simile fecisse. Hoc modo adunare, & concordare auctores, qui primo aspectu & diuisi, & discordes apparent, multoties facillimum est, & rationi consentaneum.

a de Eccl. obseruat.

cap. 25.

b de can. obseru.

prop. 23.

c Plat. in vit. Dam.

d Berno. secundum Du

ran. l. 2. de rit. Eccl. c.

12. n. 4. &

Lucam Pinnel. l. 1. de Missa c. 2.

e Ps. 42.

f in ratio.

l. 4. c. 7. n. 1

9. Vnum nihilominus in hoc mihi est certum, ut putà e Psalmum illum, quo ante confessionem à Deo petit sacerdos, ut suus sit protector, ac defensor, lumenque illi, ac veram concedat sapientiam, qua discretus à gente non sancta, & ab homine liberatus iniquo, ad altare mereatur introire Dei, & dignè sanctum hoc sacrificium offerre, non recitari ex ordinatione sancti Cælestini I. ut affirmavit f Durandus, sed ex ordinatione sancti Pontiani, vel aliquius alterius antiquioris Pontificis. Quia Psalmi illius uti de re iam ante usu recepta, memi-

nit sanctus Ambrosius, Celestino antiquior.

10. Tamen vt confessionis, & psalmi præcedentis, tum sensus, tum institutio, ac per modum dialogi, siue allocutionis inter sacerdotem, & ministrum recitatis plenius percipiatur, illorum paraphrasim libuit annectere.

a *Eccl. in orat. in princ. operat.*

b *Pf. 19.*

c *Glos ordm. in Pf. 42.*

d *Lyr. ib.*

11. Inchoat sacerdos) vt a nostra actio à Deo incipiat, & per Deum cepta finiatur, b non in curribus, & in equis propriæ virtutis, sed IN NOMINE virtute, & potestate sancte, & indiuiduæ Trinitatis, PATRIS ingenti, ET FILII vnigeniti, ET SPIRITVS SANCTI paracliti, AMEN. veraciter, fideliter, & cū fructu, ac affectu INTROIBO & accedam c sicut Pontifex ad sancta sanctorum, & AD ALTARE DEI d ad offerendum sacrificia, & oblationes. Nec hoc solum (respondet minister nomine Ecclesiæ) sed accedes AD ipsum DEVM, quem in sacrificio isto realiter immolabis, & sumes, QUI gratia sua LAETIFICAT, sustentat, ac spiritualiter nutrit, & renouat IVENTIVTEM MEAM, & omnium ipsum dignè sumentium sua infinita virtute.

e *Pf. 50.*

f *Pf. 2.*

g *S. Aug.*

h *in Pf. 42.*

12. Indignus quidem sum, & adiungit sacerdos conuersus ad Deum) sed IVDICAME, non iuxta mea merita, e sed secundum magnam misericordiam tuam; etenim DEVS, cuius misericordiæ non est numerus, g unde videns misericordiam non timeo iudicium,

quia

quia a non vis mortem peccatoris, sed vt con-
uertatur, & viuat; ideoque dico iudica, b &
libera me, ET DISCERNE c in futuro
separando à malis, & in præfenti d disceptan-
do tuere CAVSAM, & e litem MEAM,
quæ iusta est, cum humiliatus fim, DE GENTE
NON SANCTA, seu f aduersus gen-
tem expertem bonitatis, g cum qua est mihi
par infirmitas, sed dispar conscientia, & desi-
derium; nec solum à gente in communi precor
liberes me, sed in particulari etiam AB HO-
MINE INIQUIO, qui apertè male facit,
ET DOLOSO, h qui occulte insidiatur,

i & in ouis veste est lupo rapax, ERIPE ME,
k ne ab eis corrumpar, & altaris tui indignus
minister fiam. **13.** In his verò l (replicat minister nomine Ec-
clesiæ) mihi non arrogo fortitudinem, QVIA
m non possum liberari per me, sed recurro ad te
Domine, nam TVES, solesq. esse auctor om-
nimodæ fortitudinis mihi, & nunc n es potens
me liberare, imò es o DEVS iudex meus, FOR-
TITVDO MEA, tu prptector meus, & ad
re spectat, vt mihi ius reddas, & me defendas;
QVARE ergo nunc ME, cum te mihi pa-
tronum, & protectorem adoptauerim RE-
PVLISTI, & p viribus destituisi, q cur
reijcis me à te, cur à conspectu tuo depellis?
ET QVARE TRISTIS, ac r tamquam
lugubri veste indutus INCEDO? Nun-

a Ezech.
b Lyr. in
Pf. 42.
c Gl. in-
terlin. ib.
d Vatab. ib.
e Hoper. ib.
f Vatabl.
loc. cit.
g Interlin.
ibi sup.

h Cassiod.
in Pf. 42.
i Matth.
k Interlin.
in Pf. 42.
l S. Aug.
loc. cit.
m Lyr. su.
n Io. Cáp.
in Pf. 42.
o Agel. ib.

p Campen.
hic.
q Vatab. ib.
r Hoper.
in Pf. 42.

a *Interl.*
ibid.

b *Gloss or*
din. hic

c *Agell.*

ubi supra.

d *Hopper.*
ibid.

e *Ioan. 1.*

f *Vatabl.*
hic.

g *Hopper.*
loc. cit.

h *Lyr. in*
moral. ex-
pos. Ps 42.

i *Interlin.*
ibid.

k *Lyr. in*
moral. ubi
sup.

l *Campan.*
hic.

m *Hopper.*
loc. cit.

quid DVM, aut a quia tentati nibus AFFLIGIT, & opprimit ME INIMICVS, incitando ad peccatum, b propter quod modicum quidem contristas etiam seruos tuos?

14. Si hæc est causa (subiungit sacerdos) EMITTE quæso Domine, vt excludatur inimicus LVCEM TVAM, idest, c Christum tuum, siue gratiam Christi tui, d qui venit e illuminare omnem hominem venientem in hunc mundum, ET luce claritatis suæ opem, & auxilium præstat contra tenebras afflictionum, emitte etiam VERITATEM TVAM, qua f promisisti affuturum omnibus inuocantibus te in tribulatione, IPSA enim lux, & veritas auxilium Christi, & securitas de tua promissione, ME licet peccatorem, & indignum DEDVXERVNT ET ADDVXERVNT, & deducunt, & adducunt, g per viam morum, nedum IN MONTEM SANCTVM TVVM, h & in Ecclesiam i militantem per fidem charitate formatam, sed ET IN TABERNACVLA TVA, & sanctorum collegia, imo k vsq. in ipsa penetralia cubiculi tui per iugem participationem tam tremendi sacramenti.

15. Nec id (annectit minister) solus facies, sed ET ego nomine omnium fidelium, totiusq. Ecclesiæ per l communionem sanctorum INTROIBO etiam cum m hæc auxilia nobis concesserit, AD ALTARE DEI, offe-

a offerendo deuotionis sacrificia , & gratiarum a *Lyr. in*
 actiones : vel potius introibo , gustabo , partici- *moral. ubi*
 pabo , & accedam A D D E V M ipsum , *Jupr.*
 QVI se mihi medio sacramento ista communi-
 cando LAETIFICAT I VVENTV-
 TEM MEAM , & b auctor est spiritualis b *Hopper.*
 magnæ , & tamquam iuuenilis lætitiæ , & exul- *ibid.*
 tationis meæ c per spiritus renouationem , *c Lyr. in*
 16. Tot beneficijs acceptis (prosequitur sa- *moral. l. c.*
 cerdos) non solum ad altare tuum Domine
 d vota mea persoluam , atque sacrificia impo- *d Agel. bic*
 nam , verum etiam CONFITEBOR , &
 e gratias agam TIBI iudici , & protectori *e S. Aug.*
 meo IN CITHARA , siue g ad citha- *in enarr.*
 ram laudes tuas decantabo , & ingenui feram *huius Ps.*
 tibi acceptam liberationem meam , h & in- *fVatabl.*
 cruentas tibi victimas laudis , atque gratiarum *ubi sup.*
 actionis exsoluam ; nam tu es DEVS crea- *g Agel. l. c.*
 tor , & DEVS redemptor , ac defensor *h Hopper.*
 MEVS . imò h increpans animam meam , *bic*
 i quæ adhuc timet , quia non potest vitare om- *i Cassiod.*
 nia peccata , vt ad meliora erigatur : dicam , *ibid.*
 QVARE k cum videas iucunda , cum vi- *k Interd.*
 deas auxilia , cum de Deo non dubites , quem *in hunc*
 præsentis , TRISTIS ES , l & tantopere *Psal.*
 deiecta , & incuruata es ANIMA MEA ? *l Hopper.*
 ET cum hæc ita sint vera , QVARE , quo- *loc. cit.*
 ue fundamento CONTVRBAS ME , *m Symm.*
 aut m quid tumultuaris aduersus rationem , *bic.*
 nunquid , n quia non es ibi , quo per transi- *n S. Aug.*
 tum *Psal. 41.*

tum rapta es? Nunquid quia hic grauaris?
 17. Si te ista molestant (replicat minister)
 a *Vatabl.* S P E R A a tantum, spemque tuam præ-
 Pf. 41. eisè colloca I N D E O, b à quo solo
 b *Interl.* est vera salus, ab eo firmiter expectando li-
 Pf. 41. berationem; QVONIAM ita firma spes
 Lyr. in po- hæc, quæ vnicum est in malis remedium, vt
 sil. Pf. 41. A D H V C c tempus erit, & quidem breui,
 c *Happ.* quo cum gratiarum actione CONFITEBOR
 Pf. 41. d Lyr. in d confessione laudis, & acceptam feram I L-
 postil. Psal. LI salutem meam: illi, inquam, qui vultu ser-
 41. reno me respiciens, S A L V T A R E est
 e *Interl.* V V L T V S M E I e ex forma nostra, quam,
 Pf. 41. assumpsit, & in hoc sacrificio sub speciebus pa-
 f *Ecclesia* ME V S, qui f sub bina specie carnem, dedit
 in hymno & sanguinem, vt duplici substantia totum eiba-
 corp. Chri- ret, & sanaret hominem;
 sti.
 18. Ex quibus omnibus (dicit sacerdos)
 g *Psal.* nobis quidem est utilitas, sed G L O R I A
 h *Ioan. 1.* laus, maiestas, & honor P A T R I s defen-
 i *Ioann.* sori vitæ meæ, E T F I L I O h luci illumi-
 nati omnem hominem venientem in hunc man-
 dum, E T S P I R I T V I S A N C T O i do-
 centi fideles omnem veritatem, E T
 s *19.* Næc hoc nouiter (continuat minister)
 aut ad tempus. Sed S I C V T, ac eodem
 modo, quo E R A T, & fuit, & erit, I N
 k *S. Thom.* P R I N C I P I O eternitatis, k quæ nunquam
 p. l. q. 10. transit in præteritum, nec expectat futurum,
 ar. 1. sed

sed præfens dumtaxat immutabiliter nouit, ideoque erat in principio, ET NVN C eodem est modo, ET SEMPER similiter, ET I N S A E C V L A innumerabilia, & infinita S A E C V L O R V M eodem prorsus modo erit, A M E N.

20. Firmiter ergo (adiungit sacerdos) locatum habemus A D I V T O R I V M, spem
 a salutem, b fortitudinem, & c auxilium, N O S T R V M: d cum non in ope humana, sed I N N O M I N E D O M I N I, contra quem nullus præualet. Firmiter quidem (respondet minister) & supra e firmam petram, quia ipse est, Q V I F E C I T, & condidit C O E L V M, ET T E R R A M, f & omnia, quæ coeli ambitu continentur.

a Agell.

Ps. 124.

b Campē-
fis ibidem.c Vatablus
ibidem.d Hopper.
ibid.

e Ps. 39.

f Ester 13.

21. Sed licet ista & vera, & firma sint (re-
 plicat quasi interrogando ob propriam infirmi-
 tatem sacerdos) g cum sim puluis, & cinis I N P R O I B O, & accedere audebo A D A L T A R E D E I, in quo ipsummet Deum & sumpturus, & immolaturus sum.

g Genes.
18.

22. Accede alacriter (nomine Ecclesiæ re-
 plicat minister) A D D E V M, h amore languentem, tuamque anhelantem salutem, Q V I sicut carne, suoque sanguine in sacramento hoc, L A E T I F I C A T, adrenouat I V V E N T V T E M M E A M, siue fidelium coetum, quem in dies nouo fætu multiplicat.

h Cant. 2.

23. Prius tamen, ut oportet (ait sacerdos)
 licet

a 1. Cor. 4.

b Concil.

Trid. sess.

13. cap. 7.

can. 11. de

Euch. 5.

c ad Hebr.

4.

d *Ecl. in**orat. Do-**minic. 10**post. Pent.*e *Eccles. in**offic. S. M-**defensi**Tolet.*f *Ecl. in**illius offic.*g *Matt. 11.*h *Mat. 16.*i *Gal. 2.*

a licet nihil mihi conscius sim, b nam accederem ad sacramentalem confessionem, cum in hoc iustificatus non sim, **CONFITEOR**, ac cum vera contritione manifesto DEO, non vt ignaro, nam c omnia nuda, & aperta sunt oculis eius, sed vt **OMNIPOTENTI**, qui d omnipotentiam suam parcendo maximè, & miserando manifestat: **BEATAE** insuper ac gloriosissimæ **SEMPER VIRGINI** in partu, ante, & post partum, & Dei matri **MARIAE**, quæ cœli culmina tenet, **BEATO** etiam spiritui **MICHAELI ARCHANGELO** f Principi cœlestis militiæ, **BEATO** adhuc g prophætæ, & plusquam prophætæ, **IOANNI BAPTISTAE**, maiori inter natos mulierum, **SANCTIS** præterea **APOSTOLIS**, Deique Nuntijs **PETRO**, h cui traditæ sunt clauæ regni cœlorum, **ET PAVLO**, cui i creditum fuit Euangelium, **ET** coniunctim **OMNIBVS**, & singulis **SANCTIS** in cœlo triumphantibus, **ET** tandem **VOBIS FRATRIBVS**, ac in vobis toti militanti Ecclesiæ, **QVIA** contra legem Dei, eiusque præcepta **PECCAVI**, & deliqui suggestione, delectatione, & consensu, & hoc non vtcumque, sed **NIMIS**, & absque excusatione aliqua, quia non solum **COGITATIONE**, & per consensum mentis, sed **VERBO** etiam **ET OPERE**, actionibus, & lingua

& lingua, sequendo concupiscentias meas unde quaque, & quomodocunque, **ME A** in primis **CVLPA** a contra me ipsum corrupendo rectitudinem virtutum moderantium passiones proprias, **OMEA** deinde **CVLPA** contra proximum, iustitiam, & virtutes ad proximum pertinentes violando, & **MEA** tandem **MAXIMA CVLPA** contra Deum, peccatis, quæ religioni & Theologicis virtutibus opponuntur non resistendo. **IDEO** ^b ne regnet peccatum in meo mortali corpore **PRECOR** omni mentis affectu eisdem, quibus peccata mea confessus sum, hoc est, **BEATAM**, clementem, & piam **MARIAM**, advocatam nostram, & **SEMPER VIRGINEM** ac Dei genericem, **BEATUM MICHAHELEM ARCHANGELVM**, qui ^c stat & intercedit pro animabus iustis, **BEATVM IOANNEM BAPTISTAM**, qui ^d poenitentiam predicauit, & homines docuit, rectas facere vias Domini, **SANCTOS APOSTOLOS**, **PETRYM**, qui ^e ligandi atque soluendi fuit Pontificium traditum, **ET PAVLVM**, qui ^f polum nos transferre satagit, **ET** ^g vt desideratam diuinæ propitiationis abundantiam, multiplicatis intercessoribus mihi largiatur, **OMNES SANCTOS**, totamque cœlestem curiam, **ET VOS** tandem **FRATRES**, quibus fide, religione, ac charitate commu-

a Greg. de Valen. t. 2. disp. 6. q. 2. punct. 2.

b ad Rom. 6. Eccl. in eius offic. d Matt. 3.

c Eccl. in eius offic. d Matt. 3.

e Ioan. 20.

f Eccl. in hymo eius. g Eccl. in orat. omn. sanct.

a *In hist.
S. Clemen.
Rom.*

nico, & a quorum coronis, non meis meritis, sed vestris orationibus participem fieri exopto, anxie deprecor ORARE, & intercedere. PRO ME peccatore poenitente tamen AD DOMINUM benignum, misericordemque DEVM NOSTRVM.

b *Ecclesia
in orat.
pro Sacer.*

24 b Ut factis altaribus (respondet deprecando minister) dignus sis minister, MISEREATUR TVI, humilitatis, & confessionis tue, c preces acceptando, OMNIPOTENS DEVS, qui alta de longe, humilia autem respicit è vicino, ET DIMISSIS, ac condonatis PECCATIS, & negligentijs TVIS, virtute huius oblationis PERDUCAT TE cum sanctis suis IN VITAM AETERNAM, Vbi d videntur & fruitur, sicuti est, & facie ad faciem, qui in sacrificio isto velatus sumitur.

c *Ecc. in
offic. S. Lu
doui. Epif.
& Conf.*

d *1. Ioan.
3.*

25 Acceptata à sacerdote ministri deprecatione, cum dictione, AMEN, & facta à ministro proprio astantium ac totius Ecclesie nomine, eisdem verbis, eademque intentione, confessione generali, sacerdos similiter non absoluendo, cum extra sacramentum, absque particulari, & secreta confessione absolutio non datur, sed deprecando dicit etiam, vt sa-

cris

eris altaribus dignè assistere, & tanti sacri-
 ficij participes esse possitis, MISEREA-
 TVR VESTRI fatentium misericor-
 dia indigere. OMNIPOTENS
 DEVS, a qui sua agnoscantibus, &
 detestantibus peccata, veniam promisit.
 ET DIMISSIS per merita
 passionis Christi, cuius memoriam faci-
 mus, PECCATIS VE-
 STRIS, fragilitate humana commif-
 sis PERDVCA TVOS, &
 peruenire faciat per bona opera, b quibus
 certa nostra sit vocatio, AD VITAM
 AETERNAM, & consortium perpetuum
 sanctorum.

26 Quod acceptando minister dicit,
 AMEN; sic Deus faciat, & sacerdos eisdem
 intentione ac sensu adiungit, INDVLGEN-
 TIAM per applicationem meritorum Chri-
 sti, ABSOLUTIONEM per condonatio-
 nem poenæ, ET REMISSIONEM per
 infusionem gratiæ PECCATORVM, & de-
 lictorum NOSTRORVM, & a nobis fra-
 gilitate commissorum, TRIBVAT NO-
 BIS clementia & misericordia sua OM-
 NIPOTENS ad puniendum impoeni-
 tentes, ET MISERICORS ad soluen-
 dum & amplexandum poenitentes, DO-
 MINVS, c qui misit filium suum in mundum
 ad predicandum captiuis indulgentiam, id

a Ecclesi.

18. 11. 1. 1. 1.

18. 11. 1. 1. 1.

18. 11. 1. 1. 1.

18. 11. 1. 1. 1.

18. 11. 1. 1. 1.

18. 11. 1. 1. 1.

18. 11. 1. 1. 1.

18. 11. 1. 1. 1.

b 2. Pet. 5

1. 1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1. 1.

c Isai. 61.

1. 1. 1. 1. 1.

quod etiam & deprecatur & exoptat minister respondendo AMEN, efficaciter faciet Deus, quod deprecatus est.

27 Vnde spe erectus (adiungit sacerdos) etia ergo DEVS, & protector meus TV, quia a non est alius, à quo recreari & ad vitam restituui possimus, CONVERSVS ab b lira in aduentu filij tui, vel in cibum animæ per confectionem huius sacramenti, VI VI FICABIS NOS c per tuam gratiam.

28 ET tunc (prosequitur minister) PLEBS TVA, d qua prius in se malè latabatur bono suo, LAETABITVR, & exultabit IN TE e de tam ingenti beneficio.

29 Ampliorem affectus inflammationem ostendens, sacerdos adiungit, f vt hoc fiat OSTENDE NOBIS, g & fac sentiamus, DOMINE, h vt illa frui, & benignitatis illius fructum percipere possimus, benignitatem, ET MISERICORDIAM TVAM, i dando nobis firmam fiduciam de vita beata in hoc sacramento, in quo futuræ gloriæ nobis pignus datur.

30 Inflammatus etiam minister, continuat, ET SALVTARE Iesumque TVVM, m qui finem cladibus & calamitatibus nostris imponet, DA NOBIS, eficiendo nos participes illius in hoc sacramento.

31 n Si repetitio in geminatione (ait sacer-

a Agell.

Psal. 84.

b Gloss. or
din. ibidè.

c Lyr. in
Psal. 84.

d Gloss. or
din. ubi
supra.

e Vatabl.
in Ps. 84.

f Interlin.
ibidem.

g Campen.
eodè loco.

h Agell.
Psal. 84.

i Lyr. in
moralibus
ubi supra.

l Ecclesia
in Antiph.
de Euch.

m Agell.
loco citat.

n S. Aug.
in Ps. 101.

cærdos) affectum perentis ostendit, iterato
peto DOMINE, ^a qui pauperum deside-
ria exaudis, EXAUDI ^b & admitte, vt
meam causam a quis auribus accipias ORA-
TIONEM MEAM procedentem ex corde
desiderante participationem tantorum my-
steriorum.

a Psalm.

b Agell.

in Ps. 101.

c Lyr. in
postill. ibi-
dem.

32 ET ad fidelium etiam ædificationem
(respondet minister) CLAMOR MEVS,
totiusque Ecclesiæ ^d totis animi desiderijs,
e. ex ore procedens ad impetrandam eandem
participationem AD TE PERVE-
NIAT, & ^f coram te ita acceptus sit, vt
efficaciter, ^g vsque ad te admittatur.

d Villain
centius in
phras scr.
sacræ.

e Lyr. in
postill. in

Psal. 101.

f Lyr. ibid.

g Campen-
sis in eodẽ

Psal.

h Ioan. 1.

33 Tandem securus de diuina exaudi-
tione sacerdos ad fidelium solatium dicit
DOMINVS, & Deus noster, qui per in-
carnationem ^h homo fieri dignatus est, ne-
dum per gratiam, sed etiam per realem præ-
sentiam media consecratione est VOBIS
SCVM vsque ad consummationem sæ-
culi. ET etiam (annectit minister) media
sumptione, quam facturus es, CVM SRI-
RITV TVO eisdem erit modis, nam illum
realiter fumes, & ex parte sua gratiam tibi
communicabit.

i Matt. 28.

34 His adhuc deprecationibus non con-
tentus sacerdos, ⁱ tanquam verè poeni-
tens, suamque instar David recognoscendo
indigentiam, precatur astantes, vt pro ipso
orent

l Lyr. in

Psalm. 50.

in postill.

orent clarâ voce dicendo , OREMVS,
 Orans & ipse secretò pro se , & circumstanti-
 bus, ac dicens , AVFER a amplius quam
 a S Hier. petere intelligimus , & abrade ANO-
 ibid. BIS interius & exterius à corporibus &
 animabus nostris , QVAE SVMVS, &
 b Psal 78. humiliter exoramus, DOMINE b Deus
 c S Aug. salutaris noster , INIQUITATES NO-
 in Psal. STRAS, c non solum culpas operias, sed
 50. etiam reatus voluntatis abstergas, VT AD-
 SANCTA SANCTORVM, in-
 quibus verum corpus , & verus sanguis vni-
 geniti filij immolatur & sumitur , PVRIS,
 sinceris, ac dignis MEREAMVR per
 tuam gratiam, MENTIBVS & anima-
 bus INTROIRE, & participare non
 per bona, quæ gessimus, sed PER
 CHRISTVM DOMINVM
 NOSTRVM, & per merita ipsius
 AMEN.

33 Accedens tandem ad altare sacerdos,
 d Euc. 18. vt d præceptum adimpleat Dominicum,
 & 1. ad opoortet semper orare, continuando orationem
 Tesal. 5. prosequitur ORAMVS, & orabimus,
 donec exaudiri mereamur, TE DOMINE,
 e Lyr. in e non idola sicut gentiles, & hoc PER
 postill. & MERITA, & intercessionem SAN-
 Moral in CTORVM TVORVM, quo-
 Psal. 5. rum intercessionibus nos semper adiuuas,
 & nobis complacaris, ac quæ postulamus

concedis, & signanter sanctorum illorum, QVORVM RELIQUIAE, corpora, partes corporum aut ossium, a quæ plena sunt venerationis & gratiæ, & HIC, vt tua magnificentia & illorum manifestetur venerationis, S V N T honorificè collocata, ET in communi per merita OMNIVM SANCTORVM, & electorum tuorum, oramus inquam, VT INDVLGERE, ac condonare D I G N E R I S misericordia ac clementia tua, O M N I A & singula, manifesta & occulta P E C C A T A M E A, b non vt securitas negligentiam, negligentia contemptum pariat, sed vt e glorificeris, & lauderis, vt decet, dum tibi a dignis ministris sacrificatur, A M E N.

36 Confessione peracta intrans ad altare Sacerdos, ipsum osculatur ad significandum ex doctrina d Amalarij, & e Durandi, Christum Dominum f sacerdotem in æternum secundum Ordinem Melchisedech, cum ad nos venit, & sanctam sibi copulasse Ecclesiã, adimpleuisseque quod ipsa precatata fuerat illis verbis, g Osculetur me osculo oris sui, & pacem hominibus aduentu suo tribuisse, quemadmodum, vt ait s. h Lucas, Angeli in ipsius natiuitate cecinerunt. Id ipsum eadem seruat ratione, quotiescunq. se vertit ad salutandum populum.

a *Metaph. in vita S. Iohannis Euang.*

b *Gloss. ordin. Isai. 26.*

c *Isai. 26.*

d *Lib. 3. de Eccl. offic. cap. 5.*

e *In rat. lib. 4. c. 9. num. 1.*

f *Pf. 109.*

g *Cant. 1.*

h *Cap. 2.*

In

37 In missis autem solemnioribus post altaris osculum ipsum statim *thurificat* sacerdos. Primò ad maiorem solemnitatem & decorem: Deinde secundum ^a Durandum, ut omnis ab altari nequitia Dæmonum propellatur, ne ministrantes perturbet: & tandem secundum ^b Rupertum, & ^c Hugonem Victorinum, quia cum offerat preces, & oblationes pro populo, instar Angeli ^d Apocalypseos, stans iuxta aram templi accipit & thuribulum, & incensa multa de manu Diaconi, Ecclesiæ personam gerentis, ut det de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum Dei, & ascendet fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu illius coram Deo.

38 Sed ut acceptibilior sit *thuris* oblatio, ^e illud prius benedicit, ministrante Diacono nauiculam, & benedictionem postulante, cuius benedictionis ac postulationis, verba & sensus sunt, ut sequitur.

39 Auctoritate (ait Diaconus postulans benedictionem) à Christo Domino media ordinatione Episcopi vobis concessa, **BENEDICITE**, ^f & aptum diuino altari, & cultui reddite vestra benedictione incensum hoc **PATER** spiritualis, sacerdosq. **REVERENDE**, & ratione dignitatis, & oblationis, quam ex officio aggredimini.

^g Gen. 8.

40 Ut ^g odoretur Dominus (subiungit incen-

^a In rat. lib. 4. c. 10. num. 5.

^b Lib. 1. de off. diuin. cap. 26.

^c Lib. 2. de Sacram. cap. 14. ^d Apoc. 8.

^e Missale rubr. 7. num. 20.

^f Ecclesia in bened. Sacerd. indum.

incensum benedicendo, & cum illo loquen-
do sacerdos) odorem suauitatis, & vt ipsi no-
stra sit accepta oblatio incensi huius non a
me, sed AB ILLO a regi sæculorum in-
uisibili, & immortalis, BENEDICA-
RIS, sanctificeris, & accepteris, IN CV-
IUS, vt Dei HONORE, reuerentia, ac
latriæ adoratione CREMABERIS, &
absumeris in holocaustum, AMEN.

a. ad Tim.
8.

41 *Incipit tunc missam, accedens ad dexte-
ram altaris partem, Quia vt ait b Duran-*
dus; Emanuel in lege promissus prius venit
ad Iudæos, qui tunc propter legem in dex-
tera parte fuerunt, quam ad Gentiles, qui
cum idola colerent, erant in sinistra. Vnde
quia dum Christus Dominus viueret, suis
præcepit c Apostolis, ne in viam gentium
abirent (dum alius quid manifestius non
attulerit.) Vtrumque ministrum in missis so-
lemnibus ad dexteram sacerdotis, dum
Missæ introitum dicunt, astare crediderim.

b In vat.
lib. 4. c. 3. 1.
num. 2.

c Matt. 10.

42 Sed cum & alias oues, vt ipsemet af-
firmavit, d Christus Dominus habuerit,
quæ non erant ex illo ouili, & illis oportebat
adducere, vt ipsius vocem audirent, &
fieret vnum ouile & vnus pastor, vt sic adim-
pleretur e Ezechielis prophetia, & iam non
sint vltra duæ gentes, nec diuidantur am-
plius in duoregna: sed iuxta s. f Hierony-
mi declarationem, agnoscatur Dominus in

d Ioan. 10.

e Eze. 37.

f In cap. 3.

Abac. iux-

ta transl.

70.

medio duorum animalium; quod in prima Ecclesia, quæ de circumcissione fuit & de præputio congregata, duobus populis se hinc inde cingentibus, intellectus sit saluator & creditus. Quando sacerdos est populum salutaturus, illis verbis, Dominus vobiscum, accedit ad medium altaris, illudque in medio osculatur, & se ad populum vertit.

43. In dextera itaque parte altaris *se armans signo Crucis*, Quod iuxta prædicta, a in omnibus adhibendum est sacramentis, quandoquidem sic fugatur Dæmon; & fate-
 mur nos illa facere in nomine & virtute Christi Domini crucifixi: *Sacerdos incipit introitum*; hoc est antiphonam quandam, cum versiculo quodam, & gloria Patri, quæ introitus dicitur: vel quia à Choro canitur in introitu sacerdotis ad altare, ut voluit ^b Micrologus, & ^c Radulphus: vel quia est introitus siue initium Missæ, uti ex Conrado Bruno addit ^d Bellarminus. Post datam gloriam Trinitati sanctissimæ, *repetit introitus antiphonam*, ad significandum, secundum ^e Gabrielem, sanctorum veteris testamenti Patrum de Christi Domini aduentu desiderium; quem assiduè orationibus & lacrymis repetitis à Patre æterno postulabant. Nam sicut introitus sacerdotis ad altare ingressum filij Dei in hunc mundum, sic Antiphona, quæ

a *Præf. 3. num. 10.*
 c 23.

b *De Eccl. obser. c. 1.*
 c *De Can. obser. pro-
 pos. 23.*
 d *Lib. 2. de
 Missa c. 16.*
 e *Leff. 16.
 in can.
 Miss.*

quæ dicitur ad introitum, voces, & expectationem præfert Patriarcharum & Prophetarum, vt dicunt a Rupertus, & b Hugo à sancto victore. Vnde in Missis solemnibus, sicut ipse adiungit c Hugo, chorus clericorum canentium, chorum significat Prophetarum, & multitudinem sanctorum, qui expectauerunt aduentum Domini.

44 Conuenit ferè inter auctores vsum introitus introductum esse à sancto Cælest. Pontefice, sic enim scribit d Rabanus, e Vualfridus, f Micrologus g, Rupertus, & alij passim. Tamen cum h s. Dionysius Arcopagita meminerit Psalmorum, qui ad initium missæ canebantur; non est asertum hoc simpliciter accipiendum; sed dicendum est, aut quod ex omnibus psalmis exciperet Antiphonas, quæ psallerentur in officio Missæ, vt affirmat i Amalarius, aut quod licet non fuerit primus, qui psalmos ad sacrificium adhibuit, primus forte fuit, qui Romæ id obseruari voluit, vt l Bellarminus coniectatur.

45 Adiungit Deinde *Kyrie eleyson* nonies repetitum, vt exprimat, ait m Gabriel, orationem populi, patribus consentientis, & omnipotentis Dei misericordiam implorantis. Ad quod accommodatissima est hæc vox, quemadmodum ex s. Basilio & s. Geminiano, probat n Durandus, referens aliqua miracula, quæ dicti sancti fecerunt, clamando *Kyrie*

a Lib. 1. de diuin. offic. cap. 28.

b Lib. 2. de de Sacram. cap. 14.

c In spec. Eccl. c. 7.

d Lib. 1. instit. cler. cap. 32.

e de reb. Eccl. cap. 22.

f Microlog. de Eccles. obser. c. 1.

g Lib. 2. de d. u. offic. cap. 21.

h De Eccl. Hierar. cap. 3.

i Lib. 3. de Eccl. offic. cap. 5.

l Lib. 2. de Missa c. 16.

m Lect. 16. in can. Missæ.

n In nat. lib. 4. c. 12. num. 4.

eleyson, quod idem est ac, Domine misere-
rere. Dicitur autem nouies ex ordinatione
sancti Gregorij; nam ante ipsum iam erat
apud Latinos in vsu, vt euidenter demon-
strat a Bellarminus; ipse tamen, vt ait
b Durandus præcepit, quod nouies diceretur: ratione cuius à c Ruperto; & d Radulpho, & alijs asseritur ipsum Gregorium ordinasse; vt ad missam diceretur, intellige in tali loco & numero.

46 Illud insuper cū e Amalario & f Durando notatione dignū iudicauit, vt puta tribus primis vicibus, in quibus loquimur ad Patrē, & in tribus vltimis, in quibus loquimur ad spiritum sanctum, dici Kyrie, idest, Domine; in intermedijs verò, in quibus ad filium loquimur variari, dicendo Christe, quod sonat vnctē, vt notemus duas naturas, vnctam nimirum & vngentem, hoc est humanam & diuinam in filio, & vnicam infinitam, tamen diuinam & Dominam in Patre & spiritu sancto. Dicitur etiam ter, quantum ad patrem, ter quantum ad filium, & ter quantum ad spiritum sanctum, vt notemus id quod Christus Dominus dixit, apud g Ioannem Patrem videlicet in Filio esse, Filium in Patre, & spiritum sanctam in vtroque. Nisi dicamus cum h sancto Thoma id fieri contra triplicem miseriam ignorantie, culpæ, & pœnæ.

Post

a Lib. 2. de
Missæ cap.

16.

b Vbi sup.

c Lib. 2. de
diu. offic.

cap. 21.

d De can.

obser. pro-
pos. vlt. im.

e Lib. 3. de
Eccl. offic.

cap. 6.

f In rat.

lib. 2. c. 12.
num. 3.

g Cap. 14.

h 3. par. q.

83. art. 4.

in corpor.

47 Post Litaniã, vel Kyrie eleysõ, sequitur Angelicus hymnus, *Gloria in excelsis Deo*, compositus partim ab Angelis, partim à s. Telesphoro Papa, aut a S. Hilario Pictaviensi, Episcopo, vt dicunt a Bellarminus, & b Azor, cum communiore opinione, quam falsam reputo; & verius iudico dicendum cum c Durante hymnum istum ab Apostolis conflatum, compositumque fuisse; tum quia fere integer extat apud d Clementem Romanum: tum etiam; quia alias non poterat supradictus Telesphorus, qui plusquam per centum, & quinquaginta annos præcessit Hilarium ordinare, vt isto in loco caneretur, vt e Telesphorus ipse, f s. Damasus, g Rabanus, atque alij affirmant. Id quod manifestatur vltcrius ex his, quæ de auctoritate h Innocentij III. scripta reliquit i Seuerinus Vinius, nempe istum Angelicum hymnum ab Apostolis ad gloriam totius sanctissimæ Trinitatis primò fuisse auctum, à Telesphoro deinde, sicut nũc extat, completum, & Pontificia auctoritate, vt ab Episcopis pro loco & tẽpore, & ab omnibus sacerdotibus in Missis noctis Natiuitatis Domini, quoniam ea nocte ab Angelo Pastorib⁹ annũtiatus est, recitaretur, præceptũ fuisse: & demũ à Symmacho vt in Dominicis diebus & Natalitij Martyrũ, hoc loco decãtaretur fuisse ordinatũ, vt dicũt m Berno, n Rupertus & alij cõmuniter,

a *Lib. 2. de Miss. c. 16.*
 b *Tom. 1. lib. 20. cap. 34. dub. 3.*
 c *Lib. 2. de ritib. Eccl. c. 14. n. 1.*
 d *Libr. 7. cõst. Apost. cap. 48.*
 e *Epist. 1. decret.*
 f *In Pontif. cap. 8. in vita Telesphor.*
 g *Lib. 1. in tit. cler. cap. 32.*
 h *Lib. 2. de Miss. c. 20.*
 i *Tom. 1. Concil. 17. not. ad 1. decr. Telesphori.*
 l *Luc. c. 2. m Dereb. ad Miss. spec. c. 2.*
 n *Lib. 2. de diu. offic. cap. 21.*

cuius autem Angelici hymni claram, & breuiem accipe paraphrasim.

48 Temporalis Christi Domini natiuitas fuit GLORIA, a splendor, & quaedam fama claritas sparsa IN EXCELSIS, & b empyreis coelis, ubi est Angelorum & beatorum habitatio, nam licet semper vbique post temporalem verbi incarnati natiuitatem particularis gloria fuit, ibi ipsi DEO, quia c tali ortu, & humanum genus redemptum, & Angelorum ruina reparata est. Vnde Dei maiestas, quae prius Angelis, hominibus etiam in caelis innotuit: nam ET IN TERRA d. notum fecit Dominus salutare suum, & delens quod aduersus nos erat chyrographum, homines Deo reconciliauit, ipsisque fuit PAX, e. reconciliatio, tranquillitas, ac peccatorum remissio, HOMINIBVS, non tamen omnibus, sed BONAE dumtaxat VOLVNTATIS, f. quia impijs & sceleratis non est pax, sed g turbatio cum Herode. Bonis vero, & fidelibus, & natum Christum recipientibus est pax vera, spiritualeq. gaudium cum pastoribus. Vnde ob tantum beneficium in primis LAVDAMVS TE, h. inenarrabilia opera tua praedicando. Praeterea BENEDICIMVS TE, tuamque liberalitatem, & munificentiam de tam saluberrima natiuitate iubilantes celebrando; insuper ADORAMVS TE adoratione laetitia, te

confitentes Deum, & factum esse hominem pro nobis, & moriturum; & adhuc GLO-
 RIFICAMVS TE, a & summo honore affi-
 cimus, b sacrificio isto laudis; & tandem
 GRATIAS, quas possumus & debemus,
 AGIMVS TIBI, omni humilitate & gratitu-
 dine, PROPTER MAGNAM GLORIAM
 TVAM, siue nimiam vtilitatem nostram,
 nam de bona à te nobis concessa gloriaris,
 c & exaltaris parcens nobis, & hinc ò DO-
 MINE & prima Trinitatis persona, cui om-
 nia subsunt, quasi gloriaris, & cum sis DEVS
 maiestatis & magnificentiae infinitae, REX
 non temporalis aut terrenus, sed COELE-
 STIS, & æternus, diceres, & es, DEVS po-
 tens & PATER amans, non solum Verbi
 per æternam generationem, sed etiam rerum
 omnium per creationem, & iustorum adhuc
 per adoptionem; pater, inquam, OMNI-
 POTENS, & in omni generatione potent-
 tissime, potens generare ex tua substantia fi-
 lium, & Deum infinitum, potens ex nihilo
 omnia procreare, & potens d ex lapidibus &
 insensibilibus peccatoribus filios Abrahæ &
 amicos tuos suscitare. Hinc etiam ò DO-
 MINE, & secunda Trinitatis sanctissimæ
 persona, ò FILI VNIGENITE, e cui om-
 nia fuerunt à Patre tradita, ò IESV f sic
 nominate ab Angelo prius quàm in vtero con-
 cipereris, g propter salutem, quam opera-
 tus

a Vatabl.

in Ps. 49.

b Psal. 49.

c Isai. 30.

d Lt. e. 2.

e Matt. 28.

f Ioan. 13.

g 14.

f Luc. 2.

g Abach. 3.

- a *Pfal. 44.* tus es in medio terræ ò **CHRISTE**, ita à vn-
 b *Ioan. 1.* ète oleo lætitiæ præ confortibus tuis, vt b de
 . *Adm. V*
 c *S. Athan.* plenitudine tua omnes acceperimus ò non fo-
nas. in sym
bolo. lum **DOMINE**, sed etiam **DEVS** c æqua-
 lis Patri secundum diuinitatem, secundum
 autem humanitatem **AGNVS** mansuetus
DEI, tamen & **FILIVS** manens naturalis
PATRIS æterni, d quia non conuersione
 diuinitatis in carnem, sed assumptione hu-
 manitatis in Deum, non confusione substan-
 tiæ, sed vnitare personæ. Hinc inquam
 quasi hæc omnia tibi conueniunt, hinc es,
QVI TOLLIS PECCATA MVNDI;
 e *Apor.* cum e sis agnus occisus ab origine mundi:
 hinc petimus, **MISERERE**, succurre, &
 propitius esto **NOBIS**, qui natus es ad pa-
 tiendum pro nobis, hinc reduplicando in-
 stamus, **QVI** morte & sanguine tuo **TOL-**
LIS, & deles **PECCATA**, turpitudines &
 scelera **MVNDI**, pro illa plenissimè satis-
 faciendo, **SVSCIPE**, accepta, & effica-
 cem facito **DEPRECATIONEM**, f ve-
 niaque supplicationem, & postulationem
 g *Ioan. 15.* **NOSTRAM**, quia g sine te nihil, & in-
 te, qui nos confortas, possumus omnia,
 quare adhuc tuam omnipotentiam, & indi-
 gentiam nostram declarando insistimus, **QVI**
 i *Cassiod.* vt æqualis in omnipotentia **SEDES**, i quie-
in Pf. 109. scis, & conregnas etiam secundum quod ho-
 mo **AD DEXTERAM**, l & in potiori-
 l *Glos. ord.*
ibid. bus

bus bonis PATRIS, qui a tibi dedit potestatem super omnem principatum, & potestatem, & subiecit omnia sub pedibus tuis, MISERERE NOBIS, b tuam nobis gratiam infundendo, vt huius sacrificij fructum participare mereamur, idque non nostris meritis, sed bonitate tua, & QVONIAM, ob iam dicta, TV essentialiter SOLVS es SANCTVS, & totaliter impollutus, potens nos sanctificare & impollutos reddere. TV SOLVS, & nemo alius es DOMINVS non egenorum, c sed regum & dominantium, & seruos tuos dominos ac reges constituens. TV SOLVS, d licet in primo aduentu, vt nobis præberes exemplum humilis apparere dignatus es, in secundo & futuro iudicio apparebis ALTISSIMVS, & terribilis, iustissimus tamen iudex: sed esto etiam quæsumus ò IESV saluator noster, & CHRISTE Domine in die illo tremendo nobis Iesus, salus, & saluator; vna CVM SANCTO immortalis, & infinito SPIRITV e a te, & a patre æternaliter procedenti, ac eisdem æquali IN GLORIA, regno, potentia, & maiestate, DEI PATRIS, qui totius & diuinitatis origo, & creaturarum omnium beatus finis, cui fruitione & gloria participatione coniungi precamur, AMEN, & efficaciter .

a *Valabl. ibid.*

b *Villavin. vers. misericord. in Phrasib. scrip. sac.*

c *Apoec.*

d *Lyr. in postill. Psal 9.*

e *S. Athan. in Symbolo.*

a 3. par. q.
8; art. 4.
in corpor.
b Lib. 1. de
Eccl. offic.
cap. 44.

49 Istud verò hymnum in diebus luctus & leiuniorum, aut missis defunctorum, eo, quòd in illo, vt notarunt sanctus^a Thomas & b Amalarius, fit iubili, lætitiæ & cælestis gloriæ alacris & iucunda mentio, non dicitur.

c Le 7. 16.
in can.
Missæ.

50 Neque ex hoc aliqua de missa tollitur significatio, nam post dictum hymnum, vel si non est dicendus, post Kyrie eleyson, sequitur consolatoria illa saluatio, *Dominus vobiscum*; significans, vt dicit c Gabriel, missionem diuini verbi carne amicti, ipsiusq. susceptionem cum gratiarum actione fidelium, propter exauditionem orationis ipsorum, quod idem importat Angelorum hymnus, cum maiori tamen suauitate, & ampliori expressione lætitiæ.

d Conc. 1.
sub Theo-
domiro
cap. 21.

51 Vltim huius salutationis auctores multi s. Sotero, vel s. Anacleto ascribunt, sed ex auctoritate totius Orientis d Concilium Bra- carense ab ipsis Apostolis institutum esse affirmat, & ipsum ex s. Marci liturgia constat, imo desumptum esse ex hebræorum more, pluribus scripturæ sacre testimonijs probat e Petrus Damiani.

e Lib. de
Dominus
vobiscum
cap. 3.

52 Ecclesia verò a temporibus Apostolorum, sicut ex liturgia s. Iacobi, & s. Marci probatur, salubri salutatione sacerdoti accepta, & ipsa resalutando orat, & orando resalutat, dicendo, & *cum spiritu tuo*; postulans, vt ipse

se ait a Petrus Damiani, vt sicut ille Dominum esse cum ipsis optauit, ita & cum eo esse dignetur: dicens enim Ecclesia, siue in Ecclesiæ persona minister, & cum spiritu tuo, idem est ac si diceret, cum anima tua sit, vt eum dignè pro nostra salute possis orare. Non autem dicit tecum, sed cum spiritu tuo, vt totum, quod in Ecclesiasticis officijs geritur, spiritualiter fieri perpendatur.

53 Quando in Missis dicitur Angelicus hymnus, a sacerdote sacrificante, qui Angelum magni consilij repræsentat, vt notauit b Innocentius III. inchoatur, chorus autem concinnando prosequitur, quia subito c facta est cum Angelo multitudo cælestis laudantium & dicentium; Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

54 Recitat post hæc orationes, deprecans Patrem æternum propter merita mediatoris & Domini nostri Iesu Christi nobis propitium esse, quia ex præscripto d Concilij Carthaginensis, cum ad altare preces funduntur, semper ad Patrem oratio dirigitur, in quo, & cum quo propter essentiæ vnitatem filius & spiritus sanctus inuocantur.

55 In orationibus repræsentatur, vt ait e Rupertus, totam Christi Domini vitam, continuam pro nobis, & perpetuam fuisse orationem, quemadmodum designauit f Apo-

a *Ibid.*b *Lib. 2. myst. Miss. cap. 20.*
c *Luca 2.*d *Concil. Carth. 3. can. 23.*e *Lib. 1. de diu. offic. cap. 31.*
f *ad Hebr. cap. 5.*

stolus de Christo Domino, dicens, in diebus carnis suæ preces, supplicationesque ad eum, qui possit illum saluum facere à morte, cum clamore valido & lacrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia.

a De reb.
Eccl. cap.
22.

b De Eccl.
obseru. c. 3.

c Lib. 2. de
Sacram.
cap. 16.

d De diuin.
offic. cap.
de celebr.
Miss.

e De Eccl.
obser. c. 7.

f De can.
obser. pro-
pos. 23.

g Ioan. 3.
& 10. cap.
& alibi
sæpe.

h Epistol.
134.

i Ser. 7. in
cæna Do-
mini.

l Liturg.
S. Iacob &
S. Marci.

56 Dicuntur orationes etiam *collectæ*, vel quia, vt scribit a Strabo, in quo etiam consentit b Micrologus, in illis omnia nobis necessaria breuiter recolliguntur: vel quia, vt vult c Hugo Victorinus, preces omnium, sacerdotis scilicet & populi, simul collectas continent. Vnde sacerdos inuitans populum, vt ait d Alcuinus, ad eleuandum illa oratione mentem ad Deum, ante collectam dicit, *oremus*. Finita verò collecta, vt communem orationem, quam sacerdos pro omnibus Domino libauit, confirmet omnes astantes, aut minister in omnium persona, vt dicunt e Micrologus, & f Radulphus, subiungere debent, *Amen*. quæ vox interdum significat, ita est, aut in veritate, quo sensu Christus Dominus sæpe in g Euangelio dixit, Amen dico vobis, hoc est, in veritate; interdum autem consensum significat, & idem est, ac si dicas, ita sit, aut ita fiat; quo sensu respondetur à populo, sicut dicunt s. h Hieronymus, s. i Bernardus & alij.

57 Hunc orandi morem ab ipsis fuisse introductum Apostolis, & probatur ex l litur-

gijs

gijs, & colligitur apertè ex *a* canonibus Apostolorum, ex *b* Dionysio Areopagita, & ex *c* Clemente Romano. Crescente tamen diuinæ religionis cultu, vt notauit *d* Vualfridus, crescebat etiam paulatim orationum & officiorum Ecclesiæ compositio a doctis, & indoctis pariter, quoadusque *e* Concilia aliqua interdixere, vt preces, & orationes a quibuslibet compositæ, nisi probatæ essent in Concilio, non dicerentur in Missa. Ad cuius maiorem obseruationem Gelasius Papa, primum, & deinde *s.* Gregorius I. vt cum ipso *f* Vualfrido dixit *g* Berno, curauit rationalia quæque, seclusis his, quæ vel nimia, vel inconcinna videbantur, in vnum volumen coadunare, quo semper est in posterum Ecclesiæ vsa, mutatis aut additis, quæ aut temporum varietas, aut festiuitatum nouitas exposcebat.

58 Nisi ratione commemorationum aliter faciendum sit, ne auditoribus tædium generet, & fastidium septenarium numerum in Missæ orationibus rarò excedit sacerdos, dicunt *h* Micrologus, *i* Innocen. III. & *l* Durandus. & quia Deus numero gaudet impari eo quòd impar numerus mūdus est, sicut citās *s.* Ambros. dicit *m* Gratianus, sūmoperè solent obseruare, vt in Missa aut vnā, aut tres, aut quinq. aut septē orationes, & nō absq. mystica significatione dicāt. Nā secūdū prenomīnatos

a Can. 10. alias 11.
b De Eccl. Hierar. cap. 3.
c Libr. 2. cōst. Apost. cap. 57.
d De reb. Eccl. c. 22.
e Concil. Carthag. 3. cap. 23.
f Conc. Mileu. 2. cap. 12. & Cōc. Trid. sess. 27. c. 1. de vitand. in celebr. Missæ.
g Vbi supr. *h* De reb. ad Missa pertin. c. 1.
h De Eccl. obser. c. 4.
i Lib. 2. de Miss. c. 27.
l In rat. l. 4. cap. 15. num. 15.
m 32. q. 1. can. nupt.

a *Eisdem
in locis.*

a Doctores, vna oratione, fidei vnitas vel vnitate importatur mysterium, aut sacramentum, tribus Trinitatis mysterium, aut trinam Christi Domini ante passionem orationem; quinque Christi Domini plagas quinque, vel ipsius quinquepartitam passionem, in cuius commemorationem hæc eadem celebramus officia. Et septem, spiritus sancti dona septem aut semper orationis dominicæ petitiones, quibus omnia nobis necessaria comprehenduntur.

59 Quando aliqua lectio, vel lectiones, quæ prophetiæ solent nominari, præponuntur epistolæ, vt sit feria quarta & sabbatho quatuor temporum, eo quòd sunt ordines celebrandi, & tali lectionum additione insinuatur, secundum b Hugonem a sancto Victore, & c Durandum, ordinandos in vtroque testamento debere esse instructos; plures dicuntur orationes, nam ante vnamquamque lectionem vna dicitur oratio, & ante orationem, vel a sacerdote, vel a Diacono dicitur. *Flectamus genua*, quia, vt ipse ait

b *Lib. 3. de
Sacram.*

c *1p. 2.*

c *In ra-
tion. lib. 6.*

c *ap. 8. n. 2.*

d *In rat.*

d *lib. 4. c. 14.*

d *num. 3.*

d Durandus, oratio quæ facienda est cum ieiunio, ad malum spiritum eijciendum, tunc demum valet, si cum humilitate fiat; respondetur tamen subitò, *leuate*, aut a subdiacono, aut a ministro; vel quia iuxta dictum Saluatoris nostri, qui se humiliat exaltabitur; vel quia licet peccatum nos ad terram

de-

deprimat; Christi Domini benignitate & gratia (mediate oratione, in qua a quidquid in eiusdem Domini nomine petimus, accipimus) iterum ad superna & cælestia erigimus.

a Ioan. 16.

60 Sequitur post orationem, *epistola*, modò ex veteri, modò ex nouo testamento, quæ significat b Apostolicam prædicationem, legem, prophetas, ac Ioannem Baptistam, c viam Domino præparasse, omnemque homines ad Christum direxisse, ideoque cantatur facie ad altare (quod Christum denotat) conuersa, & in medio Ecclesiæ, quia Ioannes inter vetus, & nouum testamentum fuit medius, ac interdum Christum Dominum venturum prænuntiarit, interdum præsentem demonstrauerit, vt statim dicemus amplius.

b Iac. Bayus l. 3. de Euchar. cap. 34.
c Ioan. 1.

61 Illuminatur & docetur Epistola populus in his, quæ necessaria sunt, vt sciat, vel inuenit, vt ait d Gabriel, fidem incarnationis, aliaque fidei mysteria, ex sacra scriptura populum percepisse. Ad id enim lectas fuisse a principio nascentis Ecclesiæ, in ipsa sacras scripturas constat ex illis verbis e Missæ, siue liturgiæ s. Iacobi: deinde leguntur oracula sacra, veteris testamenti, & Prophetarum, & Filij Dei incarnatio demonstratur, passio, resurrectio ex mortuis, ascensus in cælum, secundus præterea aduentus eius

d Lect. 26.
in can.
Missæ.

e Circa princip.

cum

a *Can. 9.*
alias 10.
b *Lib. 2.*
constitut.
Apost. c. 27
c *De Eccl.*
Hierar.
cap. 3.
d *ad Co-*
loss. 4. & 1.
ad Thessa-
lon. 5.
e *Lib. 2. de*
ritib. Ec-
cles. c. 18.
n. 1. & 2.
f *De Eccl.*
ohser. c. 25.
g *De reb.*
ad Miss.
pertinent.
cap. 1.
h *Concil.*
Brac. 1. sub
Theodomi
ro cap. 20.
i *De reb.*
Eccl. c. 22.
l *Lib. 1. de*
diu. offic.
c. 31. & 32
m *Lib. 1. de*
Sacram. c.
16. & 17.
n *Lib. 2. de*
Miss. c. 29.
& 30.

cum gloria : atque id fit singulis diebus, in
 sacra & diuina Missa . Quod idem habemus
 in *a* canonibus Apostolorum , ex *b* Cle-
 mente Romano , ex *c* Dionysio Areopa-
 gita , imo ex *d* Apostolo Paulo , & ex
 alijs infinitis penè patribus *e* a Duranto re-
 latis .

62 Cæterùm variationem magnam , in
 dicta scripturarum lectione fuisse , vsque ad
 tempora s. Hieronymi, qui secundùm *f* Mi-
 crologum , *g* Bernonem , & alios . Primus
 omnium ad diuersitatem vitandam , lectio-
 nes per totum anni circulum ex Prophetis,
 & Apostolis collegit in libro , qui lectiona-
 rius , vel comes s. Hieronymi inscribitur ,
 constat manifestè ex Concilio *h* Bracha-
 rensi. Hinc forsàn *i* Vualfridus de primo Epi-
 stolarum Missæ auctore hæsit , & alij Ale-
 xandrum I. qui multa circa hoc sacrificium
 in suis decretis instituit , auctorem fecere ,
 quam verò accuratè iudicetur ex dictis .

63 In Missis solemnibus epistolam
 cantat subdiaconus , uno comitatus Acolu-
 tho , & antequam ad illam cantandam pro-
 cedat , genua coram altari flectit : finitaque
 epistola genuflexus manum osculatur sacer-
 dotis , qui dum epistola legitur , sedet cum
 diacono , & alijs , de quorum omnium signi-
 ficatione sequentia ex *l* Ruperto , *m* Hu-
 gone a sancto Victore , *n* Innocentio II.

Du-

a Durando, b Honorio aut Solitario, & alijs deprompta accipe. *missæ*
 64. Epistola quæ præmittitur Euangelio, præcursoris designat officium, quod Ioannes Baptista ante Christum Dominum exercuit, qui c præiit ante faciem Domini, parare vias eius, sicut ipsemet testatus est, d Ego vox clamantis in deserto, parate viam Domino. Ioannes ergo fuit, quasi subdiaconus, idest, subminister ipsius, qui de seipso dicit, e Non veni ministrari, sed ministrare. Vnde quæ dicuntur in Missa ante epistolam, commemorant nobis introitum saluatoris nostri, in hunc mundum, hoc est, tempus à Natiuitate eius, vsque ad Ioannis prædicationem. Hinc quia fuit Ioannes homo missus à Deo, non tamen ita manifestè, aut vt sic loquar, visibiliter sicut Apostoli, & Euangelistæ, quos per seipsum t. christus Dominus, quando f in terris visus est, & manifestus apparuit, misit. Primò g binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum, quo erat ipse venturus: & deinde h in vniuersum mundum, vt prædicarent Euangelium omni creaturæ. Subdiaconus Epistolam dicturus genua flectit ante altare, non tamen sacerdotis benedictionem accipit, sicut diaconus Euangelium pronuntiaturus. *missæ*
 65. Insuper quia prædicationem Ioannis pauci secuti sunt: prædicationem autem

a In *rad.*
lib. 4. c. 16.

17. & 18.
 b In *gem-*
ma c. 12.

c *Luca 1.*

d *Ioan. 1.*

e *Matth. 20.*

f *Baruch. 3.*

g *Luc. 10.*

h *Matth. cap. 28. & Mar. 16.*

i *Matth. cap. 28. & Mar. 16.*

k *Matth. cap. 28. & Mar. 16.*

l *Matth. cap. 28. & Mar. 16.*

m *Matth. cap. 28. & Mar. 16.*

a Ioan. 3. Euangelij multi susceperunt; a omnes namque venerunt ad Christum Dominum, b omniaque traxit ad seipsum, postquam exaltatus fuit à terra: subdiaconum legentem, Epistolam vnus tantum Acoluthus comitatur: Diaconum verò Euangelium legentem multi, vt puta, subdiaconus, Thuriferarius, & Acoluthi.

66 Deinde quia Ioannes fuit limes præcedentium, & subsequen-
 c Matth. 11. tium, medius inter
 d Luc. 3. Apostolos, & Prophetas: nam c lex, &
 e Ioan. 1. Prophetæ vsque ad Ioannem, d. qui cum Prophetis prædixit Christum venturum illis verbis, Qui post me venit, ante me factus est; & cum Apostolis ipsum ostendit præsentem, dicens, e. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi; Epistola interdum de veteri, interdum de nouo desumitur testamento. In Dominicis tamen diebus, vt addit f Durantus, communiter ex nouo testamento Epistola legitur, quod iam sumus sub lege gratiæ, quæ post resurrectionem, quam dies Dominica repræsentat, vniuerso orbi illuxit.

67 Præterea quia Ioannes nedum cum g esset in vinculis, misit Discipulos suos ad Christum, sed semper omnes homines ad ipsum Dominum disponebat ac dirigebat, h in poenitentiam prædicando, & vt pararent vias Domino monendo: subdiaconus cum

Acolutho ad Sacerdotem post lectam Epistolam reuertitur, illique manum osculatur, vel quia nemo accipit benedictionem in lege promissam, nisi qui cum amore, per osculum designato, perficit opere, importato per manum, quidquid alios sermone, & verbis facere docuit: vel quia omnes debent Christo Domino in sacerdote representato, suos actus humiliter subdere, & ab ipso benedictionis gratiam postulare; iuxta illud Evangelicum præceptum, a Cum omnia benefeceritis, dicite serui inutiles sumus.

a Luc. 17.

68 Adhuc præsentat subdiaconus lectam Epistola librum clausum Sacerdoti, qui supra illum manum ponit, ut illam subdiaconus osculetur: tum quia legem, in qua Christus Dominus clausus tenebatur, b opere, manus impositione significato, adimpleuit: tum etiam quia solus Christus Dominus, cuius personam gerit sacerdos, potuit c aperire, & soluere signacula libri huius, in quo & Christus ipse, & eius mysteria clausa erant, usque ad prædicationem Euangelij, quæ statim post Ioannem incœpit. Id quod innuatur in eo, quòd subdiaconus post lectam Epistolam, Diaconus autem ante lectum Euangelium, sacerdotis manum osculatur: nam lex finem, Euangelium verò originem accepit in Christo Domino.

b Matt. 5.

c Apoc. 5.

69 Tandem dum legit Epistolam, tam

Sacerdos in Missis priuatis, quàm subdiaconus in solemnibus librum manibus tenet, tum ad significandum Deum in terris mandasse verè, & cum effectu filium suum, sicut in scripturis promiserat; tum etiam ad ostendendum se esse paratum ad exequendum manu & opere, quod verbis docetur, & præcipitur in scriptura: in Missis enim solemnibus, dum Epistolam cantat subdiaconus, sedet Sacerdos ad populum conuersus, se ratione officij speculatorem, & superintendentem esse demonstrans, ac pro tanto speculari, qui in Ecclesia humiliter, & qui stant superbè, vt & errata corrigere, & Deo de animabus sibi ab ipso commissis reddere rationem possit, sedet etiam populus, vt maiori cum attentione legis doctrinam audiat ac percipiat, & vt se à terrenis curis vacare indicet; vt colligitur ex a Amalario: ipse verò subdiaconus legens in pulpito, aut b alto stat loco, (sicut, & Diaconus Euangelium cantans) primò, vt ab omnibus audiatur, & videatur; deinde vt corporis positione figuret se in alto virtutum gradu debere conuersari, quatenus cunctis, à quibus auditur & videtur, cœlestis vitæ formam præbeat.

a *Lib. 3. de Eccl. offic. cap. 11.*

b *Pontif. Rom. in ord. Lect.*

70 Hic tamen nullatenus omittendum est, *Epistolam*, quamuis dignitate sit inferior, *ante Euangelium legi*: vel quia Ioannes, (vt modò dicebamus) c præiuit ante

c *Luc. c. 1.*

te Dominum parare vias eius: vel vt ex minoribus, vt dicit a Vualfridus, animus audientium ad maiora sentienda proficiat, & gradatim ab imis ad summa conscendat, vel ob alias rationes quas adducit b Durantus.

71 Verùm quia sanctus Ioannes poenitentiam (quæ ad totam spectat communitatem) prædicabat: merito a choro in Missis solemmibus, & in priuatis ab ipso celebrante, post Epistolam annectitur graduale, quo secundum c Rupertum, & d Innocentium III. & e Amalarium, labor notatur poenitentia, per quem homines disponuntur ad impetrandam remissionem peccatorum ab eo, qui vt innocens f agnus Dei venit, vt dixit Ioannes, tollere peccata mundi.

72 Graduale ordinatè sequitur, Alleluia, cantus lætitiæ de spe veniæ consequendæ, vt dicunt g Gabriel, h Rupertus, & i Hugo Victorinus. Nam esse Alleluia lætitiæ canticum, constat ex diuina l scriptura; & per luctum esse homines lætitiæ & consolationem consecuturos, dixit ipsa veritas Christus illis verbis: m Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Quare secundum n Amalarium in Responsorio, siue Graduali seminamus, in Alleluia metimus, de qua redixit o Psalmista, Qui seminant in lacrymis, in exultatione metent.

a De reb.
Eccl. c. 22.

b Libr. 2.
de rit. b.
Eccl. c. 18.
num. 5.

c Lib. 1. de
diu. offic.
cap. 34.

d Lib. 2. de
Miss. c. 31.

e Lib. 3.
de Eccles.
offic. c. 12.

f Ioan. 1.

g Lect. 16.
in can.
Missæ.

h Lib. 1. de
diu. offic.
cap. 35.

i In spec.
Eccl. c. 7.

l Tob. 13.

o Apoc.
10.

m Ma. th.
5.

n Lib. 3. de
Eccl. offic.
cap. 14. &

13.

o Ps. 125.

73 Loco Alleluia, quadragesimæ tempore, dicitur *Tractus*, ad insinuandum, eo tempore poenitentia cum sit, duplicatam debere homines facere poenitentiam. Id ipsum eadem seruetur ratione in Missis defunctorum, in vigilijs, alijsque poenitentia temporibus. In quibusdam verò solemnioribus solemnitatibus, vt ait ^a Durandus, post Alleluia, additur *sequentia, siue prosa*, ad denotandum augmentum lætitiæ, vel duplicatam lætitiã, aut geminam glorificationis stolam, animæ scilicet & corporis, quam sancti recipiunt. Tempore tandem Paschali ob hanc eandem rationem duplicatur Alleluia, & omittitur Graduale, vt dicit ^b Rupertus.

74 Omnia hæc ipsa dictarum rerum nomina, si rectè expendantur, manifestant: nam Graduale responsum cum sit, vti ex sacramentario s. Gregorij probatur aperte, & ex omnibus antiquis doctoribus qui non Graduale, sed Responsum nominant versus illos, siue Antiphonas, quæ in Missa post Epistolam collocantur; dicitur Graduale non solum quia canebatur, dum diaconus gradus ascenderet Ambonis, aut Pulpiti, Euangelium cantaturus: vt cum Rhenano vult ^c Bellarminus, & aliqui ex antiquis insinuarunt, sed præcipue, vt dicunt ^d Rupertus, ^e Hugo à sancto Victore, ^f Durandus & alij: Gradua-

^a *In rat.*
lib. 4. c. 22.
num. 1.

^b *Lib. 1. de*
diu. offic.
cap. 34.

^c *Lib. 2. de*
Miss. c. 16.
^d *L. 1. de*
diu. offic.
cap. 34.
^e *In spec.*
Eccles. c. 7.
^f *lib. 2. de*
Sacramen.
cap. 18.
^f *In rat.*
lib. 4. c. 19.
num. 3.

duale dicitur à gradibus humilitatis; utpote illi conueniens, qui nedum ascendit de virtute in virtutem, sed in conuale plorationis positus, iam tamen a ascensione in corde suo disposuit. Nam sic adamussim correspondet nomen secundum cum priore, si, quemadmodum vult b Hugo Victorinus, ideò dicebatur responsum, ut significaret assensum quem audientes monitis præbuerunt prædicantium. Imo potius isto gradualis nomine, sic intellecto, & occasio in qua & ratio ob quam dicitur breuiter manifestatur. Vocem deinde Alleluia lætitiã importare, ita est per se notum, ut probatione haud indigeat. Tractus verò secundum e Durandum, & d Hugonem a sancto Victore à trahendo dicitur, quia tractim & cum asperitate vocum, & prolixitate verborum canitur; eo quòd miseriam & laborem præfentis incolatus, quem prolongatum sibi deflebat e Psalmista insinuat. Prosa tandem, siue sequentia dicitur, quia per cantus amoenitatem ad sequentia, & desiderata gaudia nos præparat. Ita f Hugo Victorinus: vel ideo sequentia dicitur, quia Pneumam iubilii, in cuius locum canitur, sequitur. Ita g Durandus, & quod magis est, sequentia antiquitatem commendat, ita Ordo Romanus illis verbis sequitur (intelligi post Alleluia) iubilatio, quam sequentiam vocant.

a *Psal.* 83.b *In spec.*
Eccles. c. 7.
& *lib.* 2. de
Sacram. c.
18.c *In rat.*
l. 4. *cap.* 21.
num. 1.
d *Lib.* 2. de
Sacram.
cap. 19.
e *Pf.* 119.f *Lib.* 2. de
Sacramen.
cap. 19.g *In rat.*
lib. 4. *cap.*
22. *num.* 3.

175 Antiquissimam esse consuetudinem
 hanc interferendi aliquid inter Epistolam &
 Euangelium, non tamen vsque adeò vniuer-
 salem, vt in omnibus obseruaretur Ecclesijs,
 sufficenter probat a Bellarminus, & ante
 ipsum b Vualfridus Strabo. Hinc variè de
 Gradualis, Alleluia, Tractus, & sequentiæ
 Auctore, Scripsere Doctores. c Rupertus
 Gradualium institutionem tribuit Cælesti-
 no I. Tractuum verò Gelasio. d Durandus
 tractus Telesphoro ascribit, & plures Pro-
 sarum Auctores enumerat. Alij, vt ait
 e Azor, ad s. Gregorium I. Gradualia re-
 ferunt, sed cum ipse f Gregorius, Respon-
 soria siue Gradualia, & Alleluia per totum
 anni circulum disposuerit, & cum g ipsemet
 respōdens aliquibus de sua ordinatione mur-
 murantibus dicat; illum vsum canendi Al-
 leluia non à se incoeptum, sed tempore Da-
 masi I. auctore s. Hieronymo introductum
 fuisse. & de responsorijs nihil dicat, quia
 de hoc, vt de re iam vsu recepta reprehen-
 sus non fuerat, licet prædictos Pontifices ali-
 qua ordinasse, vel mutasse circa Graduale,
 Alleluia, & Tractus crediderim, illos horum
 ita indiscriminatim esse auctores, mihi per-
 suadere non possum; cum s. Damasus omnes
 alios Pontifices numeratos, vno dempto san-
 cto Telesphoro per plures præcesserit annos.
 Ratione huius iudico probabilius, Tractus, vt
 di-

a *Lib. 2. de*
Miss. c. 16.

b *De reb.*
Eccl. cap.
22.

c *Lib. 2. de*
diu. offic.
cap. 21.

d *In rat.*
lib. 4. c. 21.

e *num. 1. &*
c. 22. n. 2.
& 3.

f *Tom. 1.*
l. 10. c. 34-
dub. 8.

g *In Sacra*
mentar.
per totum.

h *Lib. 7.*
Epist. 64.

dixit ^a Durandus, a sancto Telesphoro sum-
 plisse initium. Quo nomine Graduale etiam
 forsan comprehenditur. Alleluia postea vel
 à Damaso, exemplo Ecclesiæ Hierosolymita-
 næ, vt dixit ^b Gregorius, vel ab alio ali-
 quo antiquiore Pontifice introductam, & à
 s. Damaso præceptam fuisse. Et vtrumque
 Graduale nimirum & Alleluia à s. Gregorio
 renouatum, reformatum, & in vnum volu-
 men collectum fuisse: Et tandem sequentias
 siue profas à varijs auctoribus, diuersisque
 temporibus fuisse factas, & in Missa recitari
 cœptas, non à tempore Nicolai I. vt vult
^c Durandus, sed multò antè, esto indiuisibi-
 liter sit tempus ignotum: nam ^d Durandus
 affirmat legi in Ecclesia aliquas profas a
 s. Ambrosio, & a s. Augustino compositas: &
 sequentiarum meminerunt ^e Ordo Roma-
 nus, ^f Alcuinus, & ^g Amalarius; qui Ni-
 colao I. & Nogero Abbate (profarum secun-
 dum ^g Durandum auctore primo) sunt an-
 tiquiores.

76 *Asportatur post dictum Alleluia Mis-
 sale ad cornu altaris, ubi legitur Euange-
 lium, eo quod doctrina fidei, dum venie-
 h plenitudo temporis, quando Deus misit
 Filium suum, transit à Iudæis ad Gentiles:*
 ita dicunt ⁱ Hugo Victorinus, & ^l Hil-
 debertus, & sonant isti versus, quos refert
^m Durandus.

^a In rat.
 lib. 4. cap.
 21. num. 1.

^b Lib. 7.
 Epist. 64.

^c In rat.
 lib. 4. c. 21.
 num. 2.

^d Lib. 1. de
 ritib. Ec-
 cles. c. 12.
 num. 2.

^e Cap. 1.
 ante me-
 dium.

^f De anti-
 offic. cap.
 quid sign.
 vestim.

^g In rat.
 lib. 4. c. 21.
 num. 2.

^h Ad Ga-
 lath. 4.

ⁱ In spec.
 Eccles. c. 4.

^l In versi-
 bus de my-
 ster. Miss.

^m In rat.
 lib. 4. c. 21.
 num. 2.

*Dextera Iudeos, Gentiles leua figurat, ibi
Cœpit ab illis, deferretur ad hos, refertur ad
illos*

Nostra fides, & erunt omnes in fine fideles.

a *Lib. 2. de
Miss. c. 15.
b Vbi sup.*

c *Matth.
15.*

d *Ibid.*

e *Matth. 9.*

f *In rat.
lib. 4. c. 24.
num. 21.
g De diu.
offic. cap.
de celebr.
Miss.*

h *Isai. 14.*

i *Hierem. 1.*

Attamen, quia, vt notarunt ^a Innocentius III. & ^b Durandus, cum Euangelium significet doctrinam Christi Domini, cuius personam sacerdos repræsentat; & cum Christus Dominus Iudeis, & non Gentibus prædicauerit, quia vt ipsemet dixit, ^c non fuit missus nisi ad oues, quæ perierant domus Israel. Conuenientius hic forsitan dicemus, cum iisdem, ^d Durando & Innocentio, Euangelium legi ad sinistram altaris partem, quia Christus Dominus, vt ipsemet affirmavit, ^e non venit vocare iustos, per dexteram figuratos, sed peccatores importatos per leuam: cum non indigeant, qui sani sunt medico, sed qui male habent. Vel dicamus cum eodem ^f Durando, cum ^g Alcuino, & alijs legi Euangelium versus Aquilonem, vt sciamus nos doctrina Euangelij armari debere, & Euangelij prædicationem specialiter dirigi aduersus diabolium; qui, vt ^h Isaias scripsit, dixit, In cælum conscendam, super astra Dei exaltabo folium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. Vnde iuxta ⁱ Hieremiam varicinium pandetur malum super omnes habitatores terræ. Nos itaque legimus

mus Euangelium versus Aquilonem, cum ad vitandum malum, tum ad torquendum & destruendum illius auctorem diabolum, quia nihil tam vehementer odit, ac fugit, quam Euangelium.

77 Prius tamen, quam Sacerdos aut Diaconus Euangelium legat, gratiam Spiritus sancti sibi concedi precatur, benedictionemque accipit. Primò quia sicuti ex *a* Apostolo notauit *b* Durandus, nullus prædicare debet, nisi mittatur: secundò ad insinuandum ex sola diuina reuelatione, posse haberi Euangelium, & doctrinam supernaturalem, vt Christus Dominus dixit *c* Petro, quando illum filium Dei viui esse confessus est, & ipse Petrus omnes docuit fideles dicens, non voluntate humana, sed spiritu sancto inspiratos, locutos fuisse sanctos Dei homines: verba autem quibus id facit, vtcunque explicata sunt, quæ sequuntur.

78 *d* Quia non est speciosa laus in ore peccatoris, MVNDAM sanguine Christi Domini & *f* infusione gratiæ tuæ à peccatis meis, COR, spiritum, & animam, *g* vbi domicilium est sensuum, & fons cogitationum, & vnde promuntur, & bona, & mala; nam quia MEVM pronum est ad malum, mundationeque indiget, eodem modo AC LABIA MEA polluta & impura, quia non vt *h* seraphim te collaudant

*in solis
in altis
in
in
in
in*

*a Rom. 10.
b In rat.
lib. 4. c. 24.
num. 7.*

*c Matth.
10.*

*d Eccl. 13.
e Cassiod.
in Ps. 50.
f Lyran.
in n. orali
Psal. 50
g Laur. d
Villuin.
in phras.
script. sac.
verb. cor.
h Isai. 6.*

sanctumque celebrant: tu tamen OMNI-
 POTENS pater, & æterne DEVS, QUI
 ministerio vnus de seraphim LABIA, & os
 ISAIAE PROPHETAE, ne amplius ex
 eo immundus sermo exiret, CALCULO,
 carbunculo, seu carbone MVNDASTI
 IGNITO, vt auferretur iniquitas & pec-
 catum illius; ITA & ad eundem finem,
 ME peccatorem impurum, officio tamen
 ministrum tuum, TVA GRATA ET
 infinita MISERATIONE, quæ se
 effert super omnia opera tua, DIGNARE
 humiliter quæso MVNDARE, & purifi-
 care os, labia, cor, & animam meam, VT
 SANCTVM, & immaculatum EVANGE-
 LIVM, bonumque Nuntium TVVM, ne-
 dum voce sonora, sed mente, & intentione
 recta, DIGNE, & prout oportet fructuose,
 VALEAM, ac possim populo tuo NVN-
 TIARE, & manifestare, sed hoc non meis
 meritis, sed PER CHRISTVM DOMI-
 NVM NOSTRVM, AMEN.

- 79 Nec hac deprecatione contenti tam
 sacerdos quam Diaconus, ad maiorem pro
 Euangelica lectione præparatione benedi-
 ctionem, seu licentiam petunt, verbis sei-
 quentibus in persona solius Diaconi decla-
 ratis, eo quod in eodem sensu proportionali-
 ter in Missis priuatis seu lectis dicuntur a sa-
 cerdote.

Vt

a *Glos. in-
 terlin. in
 Isai. cap. 6.
 b Transl.
 70.*

c *Psalm. 44.*

80 Vt a Missus & licitè & fructuosè, si-
delibus Euangelium annuntiem, I V B E,
concede, committe, seu dignare, qui cælestis
Domini vices geris, & personam repræsen-
tas: Vnde non Domine, sed D O M N E
diceris, me illius ministrum ipsius virtute
BENEDICERE, seu licentiam dare ad an-
nuntiandum populis eius sancta verba, & ad
cantandum Euangelium pacis.

81 Id quod impertiens sacerdos benedi-
ctionem præstat dicens, DOMINVS, qui
b locutus est Prophetis, Apostolis, & Euan-
gelistis, o quique linguas infantium facis
esse disertas, SIT, & assistat IN COR-
DE TVO quoad intentionem, illudque il-
luminando; c vt cum Dominicis verbis va-
dat, sit etiam IN LABIIS TVIS quoad
pronuntiationem illa mouendo, vt non ex-
halent verba incomposita, VT sic DI-
GNE, absque peccato, imò cum merito ex
parte tua, ET COMPETENTER, efficaci-
ter, & cum effectū, ex parte audientium an-
nunties, manifestes, & decantes EVAN-
GELIVM SVVM, legem, ac voluntatē suam
continens, & hoc non virtute, siue auctoritate
humana, sed IN NOMINE, ordina-
tione, & auctoritate diuina; PATRIS, d qui
Filium suum dedit præceptorem gentium, ET
FILII, e qui homo factus est, & venit in
mundum, vt testimonium perhiberet verita-
tis

a Rom. 10.

b Ps. 44.

c Amal. 1.
3. de Eccl.
offic. c. 18.

d Isai. 55.

e Ioan. 1.

a *Iozn. 6.* tis, & Spiritus sancti, a qui docuit fideles omnem veritatem, AMEN, fideliter, ac veraciter.

b *Matth. cap. ult.*

c *Lib. 3. de Eccles. offic. c. 18.*

d *In gem. anim. cap. 14.*

e *Isai. 2. f In spec. Eccl. c. 7.*

g *Libr. 4. Epist 5. h Lib. 3. de Eccl. offic. cap. 18.*

i *Matth. 5. & Luc. 11.*

82 *In Missis* verò *solemnibus Sacerdos benedicit Diaconum*, illumque mittit ad canendum Euangelium. Quia Christus Dominus, ut ait b S. Matthæus, misit Apostolos ad Euangelium promulgandum: *Diaconus autem accipit de altari librum Evangelij*, ut notarunt c Amalarius, & d Gemmæ Auctor, ad significandam iam illam e Isaię prophetiam, De sion exhibit lex, & verbum Domini de Hierusalem, esse completam. Et ad *Euangelium legendum Ambonem, sive pulpitem ascendit*, quia ut dicit f Hugo a s. Victore, doctrinam Christi Domini, quæ omnes alias, etiam si Apostolorum & Prophetarum sint, excedit, Euangelium, continet, ac pro tanto in eminentiori loco debet legi. Vel dicamus cum g s. Cypriano, quem sequitur h Amalarius, & potest etiam proportionē servata accommodari subdiacombus legentibus, ut moris est aliquarum Ecclesiarum, Epistolam super pulpitem, idē id fieri, & ut ostendatur officij dignitas ac excellentia, & quia oportet doctrinæ lucernam, ut dixit veritatis Magister Christus, i non sub modio, sed super candelabrum poni, ut omnibus luceat.

83 *Acoluthi etiam cum cereis accensis &*
Tbu—

Thuriferarius cum thuribulo Diaconum comitantur: quia, vt ait a Innocentius III. prædicator debet ex se odorem bonæ opinionis emittere, & taliter viuere, vt omnes videant opera eius bona, & glorificent Patrem illius, qui in cœlis est. Nam cuius vita despicitur, prædicatio contemnitur, vel sicut dicit c Azor, vt denotet in verbis Euangelij contineri cœleste, diuinumque fidei lumen, quo audientes, si opere adimpleant, d bonus odor vitæ, & virtutis toti fiunt mundo. Volens autem aut sacerdos, aut Diaconus Euangelium præhærenti, salutatur populum dicens, *Dominus vobiscum*; vel vt illum attentum & beneuolum reddat, vt dicit e Hugo, vel vt ait f Alcuinus, vt corda illorum, qui audiunt, à mundanis cogitationibus Dominus emundet: & ad suscipienda verba salutis aperire dignetur. Id ipsum ipsi populus resalutans precatur dum dicit, *Et cum spiritu tuo*. Deinde vt astantes, audientesque secundum g Hugonem Victorinum dociles reddat, addit, *sequenti sancti Euangelij*, &c. admonens illos esse Euangelium, & verba Dei, quæ audituri sunt. Illi vero respondendo, *gloria tibi Domine*, gratias Deo exhibent pro tanto beneficio, quod mudo salutis miserit Verbum, ob quod etiam libro crucem imprimit, tanquam si diceret,

hic

a Lib. 2. de
Missæ, c. 40.

b Matth.
5.

c Tom. 1.
l. 10. c. 34.
dub. 9.
d 2. ad
Corint. 2.

e Lib. 2. de
Sacram.
cap. 20.
f De diu.
offic. c. de
celeb. Missæ.
g Vbi sup.

a *In rst. diu. offic. cap. 39.*

hic est liber crucifixi, vt notauit a Ioannes Beletus.

b *De diu. offic. c. de celeb. Mis. c. 1. Cor. 1.*

85 Dum hæc dicuntur tam ipse Euangelium pronuntians, quam astantes vt audiant, & in fronte, vbi sedes est verecundie & in pectore, vbi domicillum est cordis, se signo crucis muniunt. Ille vt ostendat, secundum

b *Alcuinum, se discipulum esse illius, qui crucem pro totius mundi salute sustinuit, & cum c Apostolo palam & audacter esse prædicandum Christum crucifixum, Iudæis scandalum, gentibus stultitiam, Christianis vero Dei virtutem, & Dei sapientiam; & vt omnis immunda cogitatio ab eius corde pellatur. Isti autem, vt eliminata, quemadmodum dicit Micrologus, omni verecundia, cum eodem Apostolo, non erubescant de Euangelio, & ne diabolus, vt ait d Amalarius, auferat verba Euangelij de corde eorum, & praua suggestionè ab auditu Euangelij auertat, ut addit e Hugo à sancto Victore. Diaconus tandem in Missis solemnibus librum thurificat, & ad maiorem solemnitatem, & ad inimici antiqui nequitiam propellendam, vt supra diximus.*

d *Lib. 3. de Eccl. offic. cap. 18.*

e *Lib. 2. de Sacramen. cap. 20.*

f *In ista. 1. p. n. 37.*

Alcuinum, se discipulum esse illius, qui crucem pro totius mundi salute sustinuit, & cum c Apostolo palam & audacter esse prædicandum Christum crucifixum, Iudæis scandalum, gentibus stultitiam, Christianis vero Dei virtutem, & Dei sapientiam; & vt omnis immunda cogitatio ab eius corde pellatur. Isti autem, vt eliminata, quemadmodum dicit Micrologus, omni verecundia, cum eodem Apostolo, non erubescant de Euangelio, & ne diabolus, vt ait d Amalarius, auferat verba Euangelij de corde eorum, & praua suggestionè ab auditu Euangelij auertat, ut addit e Hugo à sancto Victore. Diaconus tandem in Missis solemnibus librum thurificat, & ad maiorem solemnitatem, & ad inimici antiqui nequitiam propellendam, vt supra diximus.

b *Lib. 3. de Eccl. c. 34.*

86 Post hæc, quoniam post legem, ut notauit g Iacobus Bayus, prophetas & Ioannem Christus Dominus prædicationem aggressus est, legit Sacerdos, aut Diaconus Euangelium continens legem gratiæ, se-

cundum quam sollicitè, & obedienter uiuendum est poenitentibus cupientibus secundum Christum Dominum viuere: per cuius aduentum, remissionem sunt peccatorum consecuti; ac proinde nedum iustum est, sed & necessario conuenit, & illius uerba uenerari, & ipsis in omnibus obedientiam exhibere. Hinc omnes, dum Euangelium legitur, stant nudato capite, ut notauit a Durandus. Primo ut attentio esse monstretur, deinde ob reuerentiam Dei loquentis per os sacerdotis, vel Diaconi: Tertio ad significandam promptitudinem, quam unusquisque debet in exequendis omnibus ijs, quæ in Euangelio præcipiuntur habere; & denique ad ostendendum nos esse ad defendendum fidem, & ueritatem Euangelicam paratos ac expeditos. Aliqualiter probantur ista ex eo, quod Imperatore Missam audiente, moris est, ut dum legitur Euangelium, manu aliquis ensẽ teneat euaginatũ ad Euangelij nimirum defensionem; ob quam etiam causam alij principes & nobiles solent manũ ad ensẽ ponere, quando Euangelium legitur; In aliquibus etiam religionibus consuetudinis est, ut audientes Euangelium pallium deponant, ad insinuandum omnia potius bona, temporalia deferenda est, quam Euangelium, secundum illud Apostolorum dictum, b Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.

a In rat.
lib. 4. c. 24.
n. 23. &
24.

b Matth.
19.

a *Libr. 2. constitut. Apost. cap. 57.*
 b *Epist. ad Episc. German. & habetur can. Apostolica de consec. dist. 1.*
 c *Lib. 2. de Miss. c. 16.*
 d *Tom. 1. l. 10. c. 34. dub. 9.*
 e *Cap. 3. de Eccl. hier.*
 f *In Biblioth. Eccl. t. 1. c. 19.*
 g *2. ad Corint. 8.*
 h *Libr. 2. hist. Eccl. cap. 14.*
 i *In rat. lib. 1. c. 24. num. 52.*
 l *Lib. 2. de Miss. c. 48.*
 m *Vbi sup.*

87 Tamen quod frequentius, & vbilibet fit, est stare, coere monia ab Apostolis ipsis, vt testatur a Clemens Romanus, deprompta: ab b Anastasio I. præcepta, non instituta, vt aliqui putant, sed confirmata, & obseruari præcepta, etiam in his locis, vbi non seruabatur, vt notarunt c Bellarminus & d Azor. Quia licet in principio non esset Euangelium, quod legeretur in Missa; statim ac scriptum fuit, viuentibus Apostolis legi coepit: vt insinuare videtur e s. Dionysius Areopagita, & accuratè intulit f Cornelius Scultingius, ex illis verbis g Apostoli de sancto Euangelista Luca dicentis; cuius laus est in Euangelio per omnes Ecclesias, & ex eo quòd h Eusebius ex Clementis hypotyposon refert, s. Petrum, Euangelium s. Marci in Ecclesijs legendum ordinasse.

88 *Euangelio perlecto librum osculatur Sacerdos* ad significandum effectum amoris ad Euangelium, qui præcipuè in sacerdotibus vigere debet: ita i Durandus. Et in *Missis solemnibus, liber deferitur à Subdiacono, vt illum Sacerdos osculetur, qui deinde Thurificatur à Diacono, vt significetur secundum l Innocentium III. & m Durandum, ad eum omnia bona esse referenda, à quo procedunt, vel quia Christus Dominus, quod inspirauit & docuit, hoc approbat & acceptat. Deus enim nihil accipit, nisi quod*

effi-

efficit: neque remunerat nisi quod donat. quia sicut cuncta quæ a fecit sunt bona, sic nulla sunt bona, nisi quæ fecit. Vel, ut ait b Gemmæ auctor, quia Apostoli facta prædicatione reuersi sunt ad Christum Dominum, cui & non sibi cuncta ascripserunt.

89 Finito tandem Euangelio populus, siue minister respondet; *Laus tibi Christe*, quasi dicat ob bonum, & lætum hoc nuntium Euangelij, & ob cælestem lucem, qua illuminati sumus, & ob diuinam doctrinam nobis propositam, Maiestati tuæ Christe gloriam, & laudem omnem deferimus. In quo sensu respondetur etiam in fine Epistolæ, *Deo gratias*. Ita c Rupertus adducens ad probationem illud d Actorum, Et glorificauerunt Deum dicentes, ergo & gentibus poenitentiam dedit Deus ad vitam.

90 *Symbolum fidei catholica* post Euangelium recitatur in Dominicis diebus, & solemnioribus quibusdam festiuitatibus, ut per sanctum Euangelium, sicut vsurpando verba e Apostoli dicunt f Beruo, g Innocentius III. h Durandus & alij, corde credatur ad iustitiam; & per symbolum ore fiat confessio ad salutem. Illud sacerdos incipit ad designandum omne bonum procedere à Christo, à quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum. Ut s. i Iacobus Apostolus dixit. Et ne musicus ille cælestis dice-

a Gen. c. 1.

b Cap. 18.
in gemina
anima.c Lib. 1. de
dra. offic.
cap. 36.
d Act. 11.e Rom. 10.
f De reb.
ad Missã
spectant.g Lib. 2. de
Miss. c. 49.
h In rat.
lib. 4. c. 25.
num. 1. &
seq.

i In can. 1.

11.

b De reb.

Eccl. 1. 2. c.

24. n. 14.

c In Enchi

rid. verb.

Conc.

d Anno 44.

num. 13.

e In appar.

sacr. verb.

Conc.

f Ep. 1. ad

sacr. frat.

Domini.

g Ep. 96.

qua est ad

Pulcher.

Aug.

h Ser. 115.

de tempore

si Aug est.

i De eccl.

hierar. 3.

l In com.

diēt. cap. 3.

m Vbi sup.

n In vita

eiusdē Be-

n. d. VII.

o In vita

eiusdē

S. Marci.

p Lib. 1. de

Miss. c. 1.

q 15.

ret, a cantauimus vobis, & non saltastis; chorus catholicus Euangelicæ doctrinæ, consona voce respondet, & solemnī tripudio fidem catholicam profitetur. Dicitur autem alta voce, vt omnes illud audire, dicere, & addiscere possint.

91. Consuetudinem hanc ab Apostolis (post compositum symbolum) ortum duxisse, probat b Durantus auctoritate s. Dionysij Areopagita. Apostoli enim antequam ab inuicem separarentur, vt dicunt c Ioannes Ekritus, d Cardinalis Baronius, e Anthonius Posseuinus, & alij, quando erant in præcinctu, & ad prædicandum Euangelium per totum mundum iter instituebant, Concilium quoddam celebrarunt, in quo & Missam ordinarunt: & singuli singulos articulos proponentes, vt colligitur ex i. s. f Clemente Romano, ex g s. Leone I. ex h s. Augustino, & ex alijs, Credo, siue symbolum composuerunt: a quo tempore, b teste i. s. Dionysio Areopagita, vt notarunt l Dionysius Carthusianus, & m Durantus in Missa recitari coepit. Et recitatum fuit idem Apostolorum symbolum in Ecclesia Romana, vsq. ad tempora Benedicti VII. (octauī nuncupati, vt aduertit n Giacomius) Nam quamuis dicat o Platina, iussus Marci Papæ fuisse in Missa symbolum Apostolorum cum Nicæno conmutatum; & quamuis p Lucas

Pi-

Pinellus secutus a Innocentium III. id ipsum affirmet de s. Damaso I. & symbolo Constantinopolitano, in quo per illam additionem, *filioque*, contra Græcorum errores Sanctissimæ Trinitatis mysterium apertius explicatur, & quamuis vtrumque referat, & approbet b Radulphus Tungrensis: absque dubio conformius est vero, id quod ex auctoritate c Bernonis (qui se testem ocularem facit, & ferè per ducentos annos Innocentium præcessit, dicunt d Baronius, & e Severinus Binius; vtputa symbolum Apostolorum fuisse apud Romanos conservatum, & in Missam recitatum plusquam mille annos, hoc est, vsque ad tempora Benedicti VII. qui metu diuisionis aut schismatis, & precibus sancti Imperatoris Henrici II. iussit ad maiorem Ecclesiarum conformitatem, vt Romana Ecclesia in Missa, omisso Apostolorum symbolo, caneret symbolum, quod Ecclesiæ Hispaniarum, & Galliæ canebant, id est, symbolum Constantinopolitanum, cum illa additione, *Filioque*, in quodam f Toletano Concilio ex doctrina g Leonis I. Papæ contra Priscillianistas, & errores Græcorum, vt modò dicebamus, facta. Sed vt maiori cum deuotione & attentione, hanc fidei confessionem perficias, sequentem symboli declarationem annexere libuit.

92

h Absque scientifica demonstratione,

a Lib. 2. de
Miss. c. 49.

b De can.
observat.

propof. 23.

c De reb.

ad Miss.

pertin. c. 2.

d Anno

447. n. 19.

e In not. ad

Concil. 1.

Constantinop.

f Conc. 2.

vel 3. iux-

ta var. cas-

tion.

g Ep. 93.

qua est ad

Thurib.

Episcop.

h S. Aug.

serm. 131.

& 181. de

tempor.

sb. s. di. I
a *Iacob. M*
Bayus l. 1.
inst. relig.
Christ. c.
31. & 41.
b *S. Dion.*
Areop. de
div. nom.
cap. 12.

c *S. Athan.*
in symb.

d *Ad Epb.*
3.

e *S. Ioan.*
Dama. c.
lib. 1. de fi-
de cap. 15.

f *Iacob.*
Bayus ubi
sup. r. 46.

g *S. Aug.*
in En. b.
cap. 95. &
lib. 5. de
ciuit. c. 10.

ne, sola cordis simplici modestia, oris con-
 fessione profiteor, & CREDO, a firmo, &
 constanti mentis assensu, non in plures, sed
 IN VNUM, natura simplicem, infinite per-
 fectionis, potentiae, bonitatis, & sapientiae
 DEVM, b qui prospicit cuncta prouiden-
 tia mirabili & circum omnia currit, cuncta-
 que continet, & omnia replet, atque vniuer-
 sa transcendit, & licet in essentia vnus, in-
 personis tamen est Trinus, & in hac Trinita-
 te, quamuis non sit c prius & posterius, sed
 omnes tres personae coeternae sint, & coae-
 quales, primam in diuinitate personam as-
 sero esse, ac dici PATREM, d ex quo omnis
 paternitas in caelis, & in terra nominatur,
 e nam solus in diuinis generat, & ab eo om-
 nes temporaliter generantes, habent esse,
 ac generare posse, ipsumque agnosco O M-
 NIPOTENTEM, f quia omnia possibilia,
 quae contradictionem non implicant, nec
 summæ perfectioni repugnant, efficere po-
 test. Vnde g facit, quod vult, & pati ne-
 quit, quod non vult, cum non passiuam, sed
 actiuam tantum habeat potentiam, ratione
 cuius ipsum etiam confiteor FACTOREM
 & creatorem ex nihilo, nulla praesupposita
 materia, sola voluntate & imperio, non huius
 aut illius rei, sed COELI ET TERRAE,
 & quidquid his continetur, cuiusuis sit ge-
 neris, & naturae, VISIBILIVM OMNIVM,

quae

quæ corporeo sensu , ET INVISIBILIVM,
 quæ sola mente concipi queunt; nulla enim
 est res alia adeo visibilis aut invisibilis ; quæ
 ut bonitatem suam communicaret , immen-
 sæque potestatis, ac sapientiæ vestigium ex-
 hiberet , citra moram temporis, nulla vi aut
 necessitate coactus , sed sua sponte , atque
 libera voluntate , a sola iussione, & imperio
 Deus ex nihilo non produxerit .

93 Credo etiam ET IN VNVM so-
 lum ^b mediatorem Dei , & hominum , no-
 strumque iure DOMINVM, ^c secundum
 utramque naturam , secundum diuinam
 quidem, ob naturalem super omnem creatu-
 ram dominium ; secundum humanam verò
 ob vnionem cum diuina in eodem supposito,
^d cui omnis potestas in cælo, & in terra da-
 ta est, esseque omnium Dominum, & IE-
 SVM ^e saluatorem populi sui, non à fame,
 vel Aegyptiaco , aut Babylonico dominatu ,
 sed à peccatis eorum, veram, sempiternamque
 salutem tribuendo oblato , namque sui san-
 guinis pretio iram Dei placauit , eosque à
 pœna, cui obnoxij erant, liberos reddidit, &
 ex inimicis filios Dei, cohæredes regni cæle-
 stis constituit . Fuit adhuc ipsi datum esse
 CHRISTVM, & vnctum, non oleo visibili
 sed plenitudine spiritus sancti , ^f de cuius
 plenitudine nos omnes accepimus , oleoque
 invisibili gratiæ spiritus sancti vncti sumus, &
 Chri-

a *Gen. c. 1.*
 & *Psal.*

148.

b 1. *Ti-*
moth. 7.
 c *Iacob.*
Bayus Lib.
cit. c. 150.

d *Matth.*
 28
 e *Matt. 1.*
 & *Luc. 1.*

f *Ioan. 1.*

- Christiani dicimur : id tamen illi fuit concessum, quando a verbum caro factum est, prius enim quam caro fieret, verbum non erat Christus, sed Deus tantummodo, at postquam serui formam Verbum accepit, Deus factus est Christus, vt Christus esset Deus, & homo perfectus, cui esset proprium esse FILIVM, b non adoptione, creatione, vel regeneratione; sed veritate, æternitate, natura, & consubstantialitate DEI Patris, ipsiusque VNIGENITVM, non aliunde creatum, sed ex ipso patre genitum, nec de alia natura Patri factum comparabilem, sed de ipsamet Patris substantia, ET EX PATRE ipso NATVM ipsi æqualem ANTE OMNIA SAECVLA, & ab æterno, quia nec genitor c genito prior, nec genitus est genitore posterior: Vnde natura habet esse DEVM Filium, DE DEO Patre; LVMEN genitum DE LVMINE ingenito, DEVM VERVM productum DE DEO VERO producente, GENITVM per intellectus productionem, NON FACTVM per creationem, aut productionem ad extra, sed CONSVBSTANTIALEM, & coæternum, ac coæqualem PATRI d a quo non separatur Deitate, non diuiditur potestate, non discernitur æternitate, sed in omnibus est Patri æquali, Filius, PER QVEM, vt e per conceptum diuini intellectus à Patre
- a *Ioan. 1.*
- b *S. Leo. Pap. horn. de trāsfig.*
- c *S. Athan. in Symb.*
- d *S. Leo. vbi supr.*
- e *Lyran. in Ioan. cap. 1.*
- æter-

æterno , OMNIA , quæ continentur in
cælo & in terra, visibilia , & inuisibilia FA
CTA SVNT , & a fine ipso factum est ni
hil , tam in esse naturæ , quam in esse gra
tiæ .

a Ioan. 1.

94 Nam est b agnus occisus ab origine
mundi , QVI c ob nimiam charitatem
suam PROPTER NOS HOMINES,
d cum adhuc inimici essemus, vt suam chari
tatem commendaret , ET PROPTER
NOSTRAM SALVTEM , ac vt nos redi
meret , e Deoque reconciliaret , f semetip
sum exinaniuit , & DESCENDIT non de
quavis priuata sede , aut excelsio loco , sed
DE CAELIS , de ipsoque æterni Patris si
nu , ET INCARNATVS EST , g salua
vtriusque naturæ proprietate , non coopera
tione viri , nec aliqua libidinis , vel carnalis
concupiscentiæ foeditate intercedente , sed
DE SPIRITV SANCTO , qui diuina , &
infinita virtute , non h in Maria , aut per Ma
riam , sicut aqua in vase , aut aqua per cana
lem , sed EX MARIA , ex eiusque purissi
mis sanguinibus , ipsa manente VIRGINE in
conceptione , in partu , ante , & post partum ,
quia sola potentia spiritus sancti , i qui su
perueniendo virgini conditorio opere hu
manum corpus omnibus suis partibus & per
fectionibus integrum , anima rationali , ac vni
uersis suis naturalibus facultatibus præditum

b Apoc. 13.

c Rom. 5.

d Ibid.

e 2. Cor. 5.

f Pbilsp.

a.

g Con:il.
Calcedon.
act. 5.

h Beda in
c. 11. Luc.

i Iacob.
Bayus l. 1.
inst. Chri
st. cap. 151.
p. 153.

in instanti formavit, ET in eodem instanti, quia ex quo Christus Dominus esse homo coepit, non aliud esse coepit, quàm Dei Filius, & secunda permansit Trinitatis sanctissimæ persona, a non secundum gratiam, vel secundum operationem, vel secundum dignitatem, vel secundum honoris æqualitatem, aut relationem, vel affectum, aut virtutem, sed secundum subsistentiam H O M O F A C T V S E S T, ut per omnia fratribus assimilaretur, excepto peccato.

a Synod. 5.
act. ultim.
cap. 4. &
Conc. Eph.
anath. 2.

b ad Co.
los. 2.

95 Pro cuius satisfactione, & ut b dele-
ret, quod aduersum nos erat chyrographum,
nedum natus, & cum hominibus conuersa-
tus, sed voluntaria sui ipsius oblatione CRV-
CIFIXVS ETIAM, ac cum iniquis reputa-
tus PRO NOBIS, & ut nos Deo reconci-
liaret, atque regni cælestis hæredes effice-
ret, SVB PONTIO PILATO iniquo iu-
dice, qui ipsum flagellatum tradidit Iudæo-
rum voluntati, PASSVS varia tormento-
rum genera, & inter latrones duos ignomi-
niosam, & veram mortem crucis in qua de-
positus in sepulchro nouo, in quo nondum
quisquam positus erat, aromatibus conditus,
honorificè positus, ET SEPVLTVS EST
per Nicodemum, & Iosephum ab Arima-
thia.

c Iacob.
Bayus l. 1.
inst. Chris.
cap. 212.

96 Verùm illi mors non fuit dominata,
nam quamuis c ipso mortuo, & corpore

in fepulchro iacente anima ipfius ad inferos
 defcenderit, vt vifitaret ac liberaret fedentes
 in vmbra mortis, cum effet verus Deus, ater-
 nique Patris filius, a non dereliquit ani-
 mam fuam in inferno, fed illius morte ab-
 forta eft mors, & deftructa infimul cum eo,
 qui mortis habebat imperium, & ipfe propria
 vi, ac virtute reuixit, ET RESURREXIT
 gloriofus, & impaffibilis à fepulchro claufo,
 vt exierat ex integro & claufo matris vtero
 exiens TERTIA DIE à morte SECVN-
 DVM SCRIPTVRAS facras, quæ paffim
 veritatem iftam reflantur.

97 Ex quibus habemus, & quod Chri-
 ftus Dominus refurrexit, ET etiam quòd
 ASCENDIT fecundùm corpus & animam,
 ac proinde non vt Deus, quomodo omnia
 loca fua præfentia complet, nec ab aliquo
 abefle potefl fed vt homo, non tamen aliena,
 fed propria virtute, & e in multitudine
 virtutis fuæ cum ratione diuinitatis hypo-
 ftaticè vnitæ humanitati, tum ratione ani-
 mæ glorificatæ, d quæ fui corporis plenif-
 fimum habens dominium, illud prout vult
 mouere potefl, & in hac mirabili afcenfione
 illud euexit IN CAELVM, & e fuper
 omnes cælos, vltra quos nihil aliud eft, f nec
 folum fuper omnes cælos materiales, fed &
 fuper omnes cæleftium virtutum ordines fu-
 perans loco, & dignitate omnem creatu-

a Pfa. 15.

b1. Cor. 15.

c Ozia.

13.

c Ifai. 63.

d S. Thom.

3. p. q. 57.

art. 3.

e S. Chry-

foft. ho. 11.

in Epift.

ad Ephef.

f S. Anfel.

in cap. 4.

Epift. ad

Ephef.

ram, nam SEDET immutabiliter instar iudicantis, præcipientis, & dominantis, AD DEXTERAM, æqualitatem, a gloriam, & honorem diuinitatis, ac b statum beatitudinis iudiciariæ, regalisque potestatis PATRIS æterni, c qui suscitauit illum à mortuis, & constituit ad dexteram suam in caelestibus supra omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur, non solum in hoc sæculo, sed & in futuro, & omnia subiecit sub pedibus eius.

98 Vnde credimus, confitemurque, nedum ipsum ibi propria ascendisse virtute, sed quòd ET ITERVM d è cælo in terram, e in iussu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei, verè, & realiter descendet, & VENTVRVS EST ad iudicium vniuersale, CVM eadem GLORIA, eodemque triumpho, quo Apostoli f viderunt eum euntem in cælum, in forma tamen humana, & visibili, IUDICARE, æstimare, decernere, & statuere VIVOS ET MORTIVOS, siue de omnium hominum g viuorum, & mortuorum cogitationibus, dictis, & factis, h vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit; CVM REGNI, & decreti seu iudicij tam quoad præmium, quam quoad poenam NON ERIT FINIS. sed perpetuitas immutabilis: i nam in domo Iacob,

a S. Ioan. Damasc. l. 4. de fide cap. 2.

b S. Aug. lib. 2. de Symb. c. 7. c Ad Eph. 1.

d Iacob. Bayus l. 1. instit. relig. Chris. c. 163. & 253.

e 1. Thes. sal. 4.

f Act. 1.

g 1. ad Timoth. 4. & Act. 10. h 2. Cor. 5.

i Luc. 1.

ac hæreditate patris cælestis, regnabit in æternum, & regni, seu decreti eius non erit finis nec variatio.

99 Eadem fide, simplicitate, ac firmo assensu, quo in Patrem, & Filium, credo etiam, **ET IN SPIRITUM SANCTUM**, a ut illa Trinitas compleatur, quæ vnus Deus est, nam vna vnus Dei fides, vnus Deus in substantia, Trinus in personis. Vnde non sufficit, primam, secundamque personam confiteri, in ipsasque credere, nisi confitemur, & credamus in tertiam, quæ per se veraciter subsistit, & proprio caret nomine, quod licet rationem quæ seipsum totum, Deus vi amoris communicat, proprio vocabulo exprimere non possimus, tamen spiritus sanctus nuncupatur ex accommodatione, & vsu Ecclesiæ, b non quod ipse solus in Trinitate, vel spiritus, vel sanctus sit, quia est Pater Spiritus, Filius Spiritus; & Pater sanctus, & Filius sanctus, vterque incorporeus, simplicissimus, incompressus, nullo loco circumscriptus, nullo tempore comprehensus, vterque purissimus, summe bonus, fonsque sanctitatis, quod non ambigit pietas, & tamen tercia hæc persona non frustra proprie dicitur spiritus sanctus. Quia enim est communis ambobus, id vocatur ipse proprie, quòd ambo communiter, ideoque ipsum confitemur **DOMINVM ET VIVIFI-**

a Iacob.
Bayus ubi
supra cap.
279.

b S. Aug.
lib. 15. de
Trinitat.
c. 19. S. Ba-
sil. lib. 5.
cont. Euse-
nom.

a S. Athanasius in Symbolo.

FICANTEM, non distinctum à Patre, & Filio, ac cum tres Dominos aut viuificantes dicere catholica religione prohibeamur; & vnamquamque personam Deum viuificantem, ac Dominum, confiteri christiana veritate compellamur, cum in omnibus tribus eadem sit omnino Deitas, eadem dominatio, & potestas, quanquam aliter, nam in Patre primaque persona, a seipsa, in Filio verò & secunda Trinitatis persona per generationem æternam, qua a solo generatur Patre; at in Spiritu sancto, & tertia diuina persona, **QVI** non a solo Patre, sed **EX PATRE, FILIOQUE** tanquam ab unico principio, relatione vnus, indiuisq. spiritalis potentia **PROCEDIT** per viam spiritaliam, per quam accipit eandem cum Patre & Filio essentiam, & Deitatem, ratione cuius **QVI CVM** eodem **PATRE** ingenito, **ET FILIO** Vnigenito, **SIMVL** indiuisibiliter, eodemque actu **ADORATVR ET CONGLO-RIFICATVR**, ut Deus uerus adoratione latriæ, tam in cælo a cælestibus spiritibus, & animabus iustis, quam in terra a fidelibus, catholica & uniuersali Ecclesia, ab ipsomet sancto & diuino Spiritu edocta, per os sanctorum, qui a sæculo sunt Prophetarum eius; ipsum etenim eadem fide tenemus esse, **QVI LOCVTVS EST PER PRO.**

b Omnes Latini mo etiam Graeci relati à Bessarion. in Concil. Florenti: in orat. pro vnio.

c Luc. 1.

PROPHE TAS , quorum a lingue fue-
 re calamus scribæ velociter scribentis , nam
 non voluntate humana allata est aliquando
 prophetia , sed spiritu sancto inspirante ,
 locuti sunt sancti Dei homines .
 100. Confiteor etiam ; Et credo Ec-
 clesiam esse VNAM . non plures , b li-
 cet enim vniuersa Ecclesia distinctis ordina-
 ta sit gradibus , vt ex diuersis membris sa-
 crati corporis integritas subsistat , nos ta-
 men omnes in Christo Iesu vnum sumus , nec
 quisquam ab alterius ita diuisus est officio ,
 vt non ad connexionem pertineat capitis
 cuiuslibet humilitas portionis , quia c omnes
 vocati sumus in vna spe vocationis , d cum
 vnus sit Spiritus , vnus Deus , vnus Domi-
 nus , vnum caput , ex quo totum corpus
 connexum est , & in ipso e vnus adoratur
 Deus , vna profitetur Fides , vnum mini-
 stratur Baptisma , f vnus frangitur panis , v-
 nus participatur calix : ideoque oportet gut
 id ipsum dicamus omnes , & non sint in nob-
 bis schismata , sed omnium sit cor vnum ,
 & visibiliter eisdem visibilibus sacramentis
 sub eodem visibili capite Romano nimirum
 Pontifice pacem habentes adunemur , h nam
 si vnus potestate multitudinis coerceri ne-
 queat audacia , tot nascentur schismata ,
 quot erunt capita . Verè igitur unam esse
 confitemur Ecclesiam , ipsamque etiam
 esse

a Ps. 44. 1

b S. Leo e-
 pist. 84. &
 serm. 3. de
 sua ordin.c ad Eph. 4.
 d ad Eph. 1.

e ad Eph. 4.

f 1. Cor. 10
 g 1. Cor. 1.h S. Hiero-
 contr. Lu-
 cifer. &
 Iouinian.

a *Iac. Ba-*
gus l. cit.
cap. 314.
 b *ad Co-*
los. 3.
 c *S. Aug.*
lib. 2. de
ciuit. cap.
28. & La-
ctant. lib;
4. cap. 30.
 d *Opratus*
lib. contr.
Parmen.

ad Rom.
17.

Eccles.
 17.

ad Rom.

1.
 g *Pacian.*
in Epist.
ad Sympr.
Hilar. lib.
ad Const.
et Epiph.
hæres. 68.
 h *Mat. 28.*

esse SANCTAM, a quia per Baptis-
 mum Deo consecrata; sanctam quia Deo
 cohæret, & b quæ sursum sunt, quærit &
 sapit; non quæ super terram; sanctam, quia
 c omnis eius professio sancta est, nil falsi,
 aut iniusti continens, quantum ad fidei, &
 morum doctrinam; sanctam quia in se con-
 tinet verè sanctitatis fontem, vnde extra
 illam non est sanctitas, nec salus; d sanctam
 in votis, sanctam in sacrificijs, sanctam in
 ministerijs, sanctam in ceremonijs, sanctam
 in omnibus & singulis obseruationibus, quæ
 ad Dei cultum ab ea vsurpantur, a qua san-
 ctitate impiorum permixtione nullatenus
 inquinatur, quia nemo adultus operibus al-
 terius polluitur, & in ipsa semper reperiun-
 tur sancti, e quibus etiam sancta nominatur,
 quia e melior est vnus timens Deum, quam
 mille impij. Sanctam itaque fatemur Eccle-
 siam, non hanc, aut illam, sed CATHO-
 LICAM. Vniuersalem, ac toto orbe
 diffusam; nam f fides eius annuntiatur in
 vniuerso mundo, & supradicta omnia g a so-
 lis ortu vsque ad occasum, per omnia loca,
 per cunctas hominum nationes, per omnia
 tempora diffusa sunt; ita vt ab omnibus vbi-
 que & semper credita, ac obseruata & cre-
 denda, obseruandaq. sint, quamdiù Chri-
 stus Dominus nobiscum permanens est,
 h vsque ad consummationem sæculi, nam
 funda-

a fundatur supra firmam petram, contra
 quam portæ inferi non præualebunt; in-
 nititur b fundamento, gubernatione, ac
 doctrina Apostolorum & Prophetarum,
 ipso summo Angulari lapide Christo Ie-
 su; & ideo illam adhuc confitemur E T
 APOSTOLICAM, c propter
 originem, successione, & Apostolicam
 sedem, Apostolorum ministerio fundatam,
 & Apostolorum Principi beato Petro, e-
 iusque successori Romano Pontifici adhæ-
 rentem, istamque solam, vnam, sanctam,
 Catholicam & Apostolicam acceptamus, &
 confitemur E C C L E S I A M, siue
 cætum hominum, fide, & sacramentis Chri-
 sto capiti eiusque Vicario adhærentem,
 d extra quam quicumque agnum comede-
 rit prophanus est; intra illam verò ob san-
 ctorum communionem vnusquisque e par-
 ticeps est (nisi per ipsum steterit) om-
 nium timentium Deum; nam f Christi
 Domini cohæredes, & fratres sumus, ac
 g vnum sumus corpus. Vnde si quid pa-
 titur vnum membrum, compatiuntur om-
 nia membra, & si gloriatur vnum mem-
 brum, congaudent omnia membra. hinc
 h amans vnitatem nihil non habet; nam
 etiam illi habet quisquis in Ecclesia aliquid
 habet, tolle inuidiam & tuum est, quod
 habeo, & meum est quod habes; liuor

a Matt. 16

b ad Epb.

2.

c S. Iren.

l. 3. cap. 3.

d lib. 4 c.

41. & S.

Cyprian.

lib. 1. ep. 3.

-28. 218

1. 1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1. 1.

d S. Hier.

epist. 57.

ad Damasc.

e Ps. 118.

f ad Rom.

8.

g 1. Cor.

12.

1. 1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1. 1.

h S. Aug.

tract. 32.

in Ioann.

separat ; charitas iungit : societatem habemus ad inuicem.

101. Eadem adhuc firma , certa que & indubitata fide CONFITEOR , ac pro certo & firmo teneo in iam dicta Ecclesia esse VNVM BAPTISMA , quo ad Ecclesiam ipsam intratur , & in filios adoptionis recipimur ; vnum, inquam , quia vna eademque materia , ac forma , eadem fide ex institutione Christi Domini ministratur , & semel tantum & non pluries ob characterem quem imprimit à fidelibus recipi potest . Sed quia ^a per baptismi gratiam non liberamur ab omni infirmitate naturæ quin potius ad peccandum quotidie sollicitamur à diabolo , à mundo , & ab innata , primi parentis vitio , concupiscentia , quæ licet non dominetur , nec peccatum sit , ad peccandum tamen inclinatur & sollicitat ; necesse fuit in eadem Ecclesia , alia esse sacramenta , & præcipuè poenitentia sacramentum , IN REMISSIONEM PECCATORVM , quantumuis grauium , ^c quia nullum est crimen , cuius toties quoties peccator poenituerit , in Ecclesia remittendi potestas non sit per sacerdotalem absolutionem ; seruata nimirum certa à Christo Domino præscripta potestatis exercendæ forma ; id quod ante ineffabilem verbi diuini incarnationem , nulli creaturæ

^a *Iac. Bayus lib. 1. inst. relig. Christiana. cap. 323.*
^b *Concil. Trid.*

^c *S. Cypriani lib. 1 ep. 2. & S. Ambrosii lib. 1. de poenit. cap. 1. & 2.*

commissum fuit: a quando verò venit plenitudo temporis, & misit Deus Filium suum reseruata sibi auctoritate primaria, nam ipse est, qui delet iniquitates nostras, communicauit Apostolis, eorumque in sacerdotio successoribus ministerialem auctoritatem ad remittendum peccata medijs sacramentis, vt instrumentis passionis Christi, b quæ est causa meritoria nostræ salutis.

a *Is. 43.*

102. ET eodem insuper modo confiteor, vel potius lætus, fideque exhilaratus EXPECTO, c ne inanis sit fides nostra, d & desperantes tradamus nos impudicitæ, sed spe confirmati operemur bona, futuraque & æterna inquiramus: expecto, inquam non e spiritualem tantum, nec in æthereo, subtili, & cælesti corpore, sed veram, realem ac corporalem RESURRECTIONEM MORTVORVM; f oportet enim corruptibile hoc induere immortalitatem, g in nouissimo vide licet die, quando de terra surrecturi sumus, rursus circundabimur pelle nostra, & in carne nostra videbimus Deum, quem visuri sumus nos ipsi, & oculi nostri conspecturi sunt, non alij ratione diuersi corporis aut carnis, sed nos ipsi, quia in eodem corpore, & eadem carne resurrecturi sumus.

b *Concil. Trid. vbi supr.*c *1. Cor.*

15.

d *ad Eph. 4*e *S. Hier. epistol. ad Pamac. & in vlt. cap. Is. & S. Greg. l. 14. moral. c.*

31. & 32.

f *1. Cor.*

15.

g *Iob 19.*h *Boetius lib. 3. de cons. Phi. los.*

103. Credo tandem, similiterque confiteor, ET etiam expecto, h quam promi-

sit Deus timentibus se, VITAM immortalem, beatam, ac securam, cum sit omnium bonorum aggregatione perfecta, in qua
 a similes Dei erimus, b effecti diuinæ consortes naturæ, c quoniam videbimus Deum, sicuti est; & hoc æternaliter, & inamissibiliter: nam vita hæc est VENTURI SÆCULI, post quod non succedet aliud, sed durabit in æternum & ultra; d ipse enim Deus erit finis desideriorum nostrorum, qui sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, & sine fatigatione laudabitur, ab omnibus beatis diuersimodè tamen; quoniam in e domo illa æterni Patris mansiones multæ sunt, pro meritorium qualitate; æterna enim vita omnibus est promissa iustis, sed multiformis in illa pro meritorum diuersitate gloria est singulorum: g nam sicut stella differt à stella claritate, sic erit resurrectio mortuorum, h & qui parcè seminat, parcè & metet; i omnes tamen inebriabuntur ab ubertate domus domini; quia l nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus suis electis, in vita illa venturi sæculi, cuius nos participes efficere dignetur Deus. AMEN.

104. Post recitatum Euangelium, vel post Symbolum (si dicendum sit) sacerdos *salutat* populum, & *populus sacerdotem resalutat*: orantes ad inuicem, ut ait m Alcuinus, quod

in

a 1. Ioan. 3

b 1. Petri 1

c 1. Ioan. 3

d S. Aug.

libr. 22. de

ciuit. cap.

30.

e Ioan. 14.

f Bed. lib. 1

de tabern.

cap. 6.

g 1. Cor.

15.

h 2. Cor.

9.

i Ps. 35.

l 1. Cor. 2.

m de diu.

offic. cap.

de celebr.

Missa.

in eorum cordibus verba salutis, quæ in Euā-
gelio perceperunt, à Domino confirmen-
tur, & ipsorum corda per diuinam assiste-
ntiam ad dignè offerendum sanctificentur.

105. Excitat deinde sacerdos populum
adorandum, dicens, *Oremus.* Vt tam ip-
se celebrans, quam populus cum deside-
rio inuisibilem & gratiosam Christi Domi-
ni aduentum sub sacramentali specie deside-
ret; misericordiam venturi in sacramento
precetur indubitata spe de tanti Regis præ-
sentia latetur, cor in oratione effundat; pe-
nitentiam agere non abnuat; de spe veniæ
gaudeat; doctrinam veritatis conferuet, fi-
dem constanter coram omnibus confiteatur;
vitam deniq. ita probatis moribus adornare,
proponat, vt gratiam sacramentalem perci-
piat, ad quæ omnia accommodatissima est
oratio bene circumstantionata, siquidem
illa, vt dixit Amalarius, serenatur cor ad
cognoscendum Deum.

106. Antiphona verò quæ post oremus
dicitur, & *offertorium* nominatur, eo quod
tunc pronuntiat, quando omnipotenti
Creatori nostro, incorruptum laudis offe-
rimus, vel præparamus sacrificium, vt dicunt
b Rupertus, c Micrologus, & alij passim;
in missis solemnioribus canitur à Choro, qui
populi vices gerit, quia sacrificium laudis
offertur, d & hilarem datorem diligit Deus

sum-

sh. r. dit 2
lib. 2. de
Missæ cap.
22.
p. 1. 20

c. 2. p. 20
lib. 2. 2.

de. Est b

mon. 2. 2.

lib. 2. 2.

lib. 2. 2.

lib. 2. 2.

lib. 2. 2.

lib. 2. 2.

lib. 2. 2.

a lib. 3. de

Eccl. offic.

cap. 19.

lib. 2. de

diuin. of-

cap. 2.

c de Eccl.

obseru. c.

10.

d 2. Cor. 9.

a lib. 2. de
Missa cap.

53.

b Ps. 26

c 2. Para-
lip. c. 5.

d lect. 16.
in canon.

Missa.

e in ratio.

lib. 4. cap.

27. n. 2.

f in epist.

can. c. 2.

g lib. 2. de

Missa cap.

53.

h in versi-

bus de Mis-

sa

sumpto, vt notauit Innocentius III. a exem-
plo, & Dauid Rege, qui dicebat, b Cir-
cului, & immolauit in tabernaculo eius ho-
stiam vociferationis: cantabo & psalmum
dicam Domino: & ab his sacerdotibus, qui
tempore Salomonis, c sicut scriptura sa-
cra testatur, cum offerrent in templo holo-
causta, ceperunt laudes canere Domino,
& in diuersis organis, quæ Dauid Rex com-
pererat concrepare.

107. Significat verò secundum d Gabrie-
lem, e Durandum, & communiorem opi-
nionem, opera bona, & perfecta, quæ au-
dita doctrina sunt Domino offerenda, ne
fides sine operibus mortua sit, vt dixit san-
ctus f Apostolus Iacobus. Ordo conueniens
dicit g Innocentius III. vt post prædicatio-
nem sequatur fides in corde, laus in ore,
fructus in opere. Fides in Symbolo, laus
in offertorio, fructus in sacrificio. Id ipsum
concinnè satis cecinit h Hildebertus Ceno-
manensis dicens,

Effectum spondei Chorus, offertoria can-
sans.

Tanquam si dicat, credo, fatebor, agam.

Et paulo post.

Ordo decens, Euangeliam precedere
cernis

Pone

Pone fidem pendi, dona deinde dari
 Audis ut credas; & credis ut basta fias
 Taliter incipimus esse sumusq; Dei

108. De Antiphona istius, quæ offertorium dicitur, institutore, dubitat a Vualfrido quamvis affirmet à prioris populi consuetudine in usum Christianorum venisse. Alij verò, ut refert b Radulphus, institutorem faciunt S. Gregorium Papam I. sed c Ruper-tus id attribuere videtur S. Celestino I. Varietas hæc (sicut iam alias in simili diximus) ex additionibus, aut variationibus circa hoc factis sumpsisse initium, certum credo; siquidem fuisse circa offertoria variationes & mutationes aliquas probant d Durandus & e Durantus, & S. Gregorium in Antiphonario offertoria posuisse certum est: & cum de hoc non fuerit, sicuti de Alleluia novitatis reprehensus, consequens manifestè fit, ab aliquo Gregorij prædecessore fuisse offertoria introducta; ac pro tanto alijs esse Ruperti dictum probabilius: cum Cælestinus per centum sexaginta annos, vel plures, Gregorium præcesserit.

109. In prædicta salutatione, & ad orandum exhortatione, ait f Amalarius, introitum ostendit sacerdos ad aliud officium, & ita quidem est: siquidem postquam in superioribus populum disposuit, docuit, illumin-

a de rebus
 Eccles. cap.
 22.

b de can.
 obseru.
 propof. 23.
 c lib. 2. de
 diuin. of-
 fic. cap. 21.

d in rat.
 lib. 4. cap.
 27. n. 4.
 e lib. de ri-
 tib. cap. 26
 n. 5.

f lib. 3. de
 Eccles. of-
 fic. c. 19.

luminauit: dum populus orat, vel in Choro canitur offertorium, facit sacerdos oblationem, in qua offeruntur, secundum a Gabrielem, duo, & ipsa offerentis persona, & materia panis & vini ad sacrificium necessaria.

a lect. 16.
in canon.
Missa.

¶ I. Prima oblatio debet fieri ab omnibus, à populo nimirum, & à presbytero celebrante: nam omnis Christianus sacro Missæ officio assistens, offerre debet se ipsum, ut ait b S. Paulus, hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem, & hoc actu, vel habitu, per promptam, & obedientem suæ voluntatis voluntati diuinæ subiectionem: qua semper, & ex animo dicere possit Deo; non mea, sed tua fiat voluntas, sicut c Christus Dominus Patri æterno dicebat: quia sine ista spirituali oblatione exterior oblatio non est accepta Deo, qui d prius respexit ad Abel, & deinde ad munera eius, ut scriptura sacra testatur.

b ad Rom.
cap. 12.

c Luc. 6. 22

d Gen. 6. 4.

e disputātes de Eucharistia, vel de sacrificio Missæ:

¶ II. Secunda oblatio (in qua incipiunt mysteria) est solius celebrantis. Nam in illa adaptantur, dedicantur, & preparantur hic, & nunc panis & vinum, quæ sunt materia necessaria ad consecrationem. Consecrare autem, & sacrificare solis presbyteris conuenit, ut fides docet, & tenent omnes Catholici auctores, quidquid obganniant Hæretici.

112. In hac oblatione, postquam sacerdos obtulit panem, recitando orationem illam, quæ incipit, *Suscipe sancte Pater*: ut offerat vinum, miscet paululum de aqua. Non quidem (ut a omnes Catholici docent doctores) de necessitate sacramenti; sed de necessitate præcepti, & Catholicæ Ecclesiæ ordinatione, ac lege, non instituta, uti b Rupertus dicit, sed scriptis mandata à s. Alexandro I. Nam ut sufficienter probat c seuerinus Binius, ex Liturgia s. Iacobi, ex auctoritate Clementis Romani, Irenæi, Cypriani, & aliorum, coeremonia hæc à Christo Domino fuit usurpata, ab Apostolis obseruari præcepta, & ab Alexandro I. scripto & præcepto corroborata. Et iure quidem ratione significationis, quia ut ipsemet d Alexander docet, & post ipsum e s. Thomas; vinum aqua mixtum significat sanguinem, & aquam, quæ exiere de latere Christi Domini in Cruce, quemadmodum ocularis testis f Ioannes scripsit. significat insuper secundum g Iulium Papam I. & ipsum s. h Thomam, adunationem populi cum Christo Domino. Nam aquæ populos significant, ut dixit i s. Ioannes. Et ob id antequam in calicem infundatur, aquam benedicit sacerdos, ad significandum, adunationem hanc mansisse ex virtute crucis, & ex meritis passionis Domini nostri Iesu

a in tract.
de Euch.
b lib. 2. de
diu. offic.
cap. 21.
c tom. 1.
Concil. in
not. ad ep.
1. Alex. I.
d Epist. 1.
ad om. n. s
Orthodoxos. & ha-
betur can.
in Sacra-
mentorum
de cõsecr.
dist. 2.
e 3. p. q. 74
art. 6. in
corp.
f Ioan. 19.
g epist. ad
r. pisc. per
Aegyptum
et habetur
can. cum
omne cri-
men de cõ-
secr. dist. 2.
h ubi sup.
i Apoc. c. 17

Christi, vt satis clarè dicitur in oratione, quam recitat sacerdos, dum dictam commixtionem facit, & incipit: *Deus, qui humane substantia*. Offert deinde calicem recitando interim orationem, quæ incipit: *Offerimus tibi*. Ac tandem cum illis duabus orationibus, quarum altera incipit: *In spiritu humilitatis*; altera verò: *Veni sanctificator*, petit acceptionem oblatorum, & assistentiam Spiritus sancti, in cuius virtute benedicit oblata.

113. Has quatuor orationes, quibus hostia, & calix offeruntur, & benedicuntur; probant & bene a Bellarminus, & b Azor ante quingentos annos non fuisse lectas in Ecclesia Romana: quia neque in sacramentario Gregorij I. neque in ordine Romano aliquæ reperiuntur orationes inter offertorium, & orationes secretas; neque Vualfridus, Amalarius, & aliquis alius antiquorum scriptorum illarum meminit: sed de promptæ fuerunt, vt c Micrologo, & d Radulpho placet ex ordine Gallicano. Quare illarum mentio reperitur apud Primasium, & Haymonem, vt affirmat e Durantus, & ab omnibus paulatim receptæ sunt; quia nihil continent quod offendat, vt notauit f Bellarminus. Omnes namque in hunc diriguntur finem vt oblatio accepta sit Deo, & debitè à sacerdote fiat. Nam duabus primis

a lib. 2. de
Missa c. 17
b tom. 1. l.
10. cap. 34
dub. 10.

c de Eccl.
obseru. c. 1
d de can.
obserua.
propos. ult
e lib. 2. de
ritib. Eccl.
c. 29. n. 2.
f ebi sup.

mis, *Suscipe sancte Pater*, & *Offerimus tibi*, incipientibus; hostia, & calix offeruntur: in tertia, quæ incipit *In spiritu humilitatis*, petitur acceptio, & sacrificiorum, & sacrificantium. In quarta tandem, quæ incipit, *Veni sanctificator*, petitur benedictio, ac sanctificatio sacrandorum munerum. Id quod ex sequenti declaratione clarius percipitur.

114. Non meis meritis, sed propter astantium orationem, & fidem, Ecclesiæ tuæ, cuius nomine sacrificia offero, SVS CIPE, & accepta habere digneris SANCTE sanctorum PATER, & conditor rerum omnium OMNIPOTENS, a per quem facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil. AETERNÆ absque principio, & sine DEVS, maiestatis, & magnificentiæ infinitæ, HANC panis creaturam IMMACVLATAM, b quia est dedicata, & consecrata, ad vsum diuinum; & quia pura, sancta, & immaculata, intentione offertur ab Ecclesia tua, HOSTIAM, quia est materia sacrificij iam parata, vt ex ea fiat sacrificium, QVAM ratione sacerdotis c à tua maiestate instituti, & media ordinatione à me recepti; EGO ex me peccator, & INDIGNVS, tua tamem miseratione FAMILVS, & minister, TVVS que sacerdos. Quare

a Ioan. 1.

b Bellar.
lib. 2. de
Missæ cap.
21. ad 2.

c Concil.
Trid.

a *Bellarmin.*
ubi supr.
ad 3. &
Azor. lib.
10. instit.
mor. cap.
34. dubit.
ult.

b *Thom. de*
pec. mort.
cap. 1.

c *Villau.*
verb. fide-
lium ap-
pellativa.
d Ecclesia
in orat pro
viuis, &
defunctis

OFFERO, vt talis TIBI DEO MEO
 VIVO ET VERO, a non panem vt
 sacrificium propitiatorium, sed vt id, ex
 quo faciendum est sacrificium propitiato-
 rium, hoc est, vt materiam in Christi Do-
 mini corpus mutandam, quomodo erit ho-
 stia, & sacrificium sufficiens, & superabun-
 dans PRO INNVMERABILIBVS
 quoad numerum PECCATIS, & b vo-
 luntarijs recessibus à diuina tua regula,
 ET OFFENSIONIBVS contra le-
 gem operando, ET NEGLIGEN-
 TIIS quæ lex præcipit non adimplendo
 MEIS, ex propria, & mala mea incli-
 natione ortis, ET etiam superabundans
 PRO OMNIBVS, & singulis etsi in-
 numerabilibus FIDELIBVS c cupien-
 tibus liberari a conscientia peccati, CHRI-
 STIANIS, quoad fidem VIVIS,
 d quos præsens sæculum adhuc in carne
 retinet, ATQVE DEFUNCTIS,
 quos futurum sæculum iam exutos corpore
 suscepit, & ad hunc finem, VT MIHI
 tibi offerenti, ET ILLIS oblationem
 approbantibus PROFICIAT, vtilisq.
 fit AD SALVTEM spiritualem, &
 gratiam tuam IN VITAM AETER-
 NAM, quam speramus, futuramque in-
 quirimus. AMEN.

115. Fons, & origo omnis boni DEVS,

à te

à te ipso habens esse, & omnibus esse tri-
 buens, QVI^a sexta die, HVMANAE, ^a Gen. 1.
 terrenæq. hominis SVBSTANTIAE,
 nedum esse, sentire, & intelligere, sed &
 DIGNITATEM, ^b qua præset pi- ^{ibid.}
 scibus maris, & volatilibus cæli, bestijs, vni-
 uersæque terræ, omniq. reptili, quod mo-
 uetur in terra, MIRABILITER & su-
 pra vniuersum naturæ ordinem CONDI-
 DISTI, ^c formando corpus de limo ter- ^c Gen. 5.
 ræ, & inspirando infaciem eius spiraculum
 vitæ, ET MIRABILIVS, maiorique
 cum rerum omnium admiratione, quando
 venit plenitudo temporis REFORMA-
 STI per mortem Filij tui, DA, & con-
 cede NOBIS fidelibus tuis offerentibus,
 & astantibus, PER HVIVS AQVAE
 naturalis, ET VINI de vite simul vni-
 torum, & consecrandorum MYSTE-
 RIVM, ^d symbolum, & significationem ^d Ioan. 19.
 sanguinis, & aquæ de latere Christi crucifi-
 xi iam mortui emanantium, ^e in remisio- ^e gloss. ord.
 nem peccatorum, & lauacrum: nam ex eis
 habet efficaciam Ecclesiæ sacramenta EIVS
 Christi, qui non rapinam arbitratus est tibi
 esse æqualis, licet pro nobis semetipsum
 exinanièrit, formam serui accipiens, non
 tamen amittens formam Dei, & DIVI-
 NITATIS, cuius petimus per dona gra-
 tiæ ESSE CONSORTES & ^f cohe-
 redes ^f gloss. in-
 terlin. 2.
 Petri 1.

a *Eccl. in
Symbolo*
b *Villau.
verb. Chri-
stus.*

redes eius, **QVI** immortalis Deus cum-
 eset **HUMANITATIS**, & morta-
 litatis **NOSTRAE**, vt pro nobis mo-
 ri posset, in redemptionem, & pretium
FERI, non vi, sed voluntate, & amore
DIGNATUS EST propter nimiam
 charitatem suam **PARTICEPS** a de-
 spiritu sancto, ex Maria Virgine nascendo;
 Vnde factus est **IESVS**, b cunctis genti-
 bus in salutem missus, & Christus Pontifi-
 cale, & regium nomen, nequis eum contem-
 nendum putet, quia si propter nos ad for-
 mam crucis se dimisit, mansit, & perseuerat
FILIVS TVVS, tibi natura æqualis,
ET DOMINVS NOSTER, ac
 rerum omnium cælestium, terrestrium, ac
 infernorum, quæ ipsius nomini genua flectunt,
 fatentes eundem in persona esse, qui passus
 est pro nobis, & **QVI TECVM** in
 æqualitate Gloriæ, & Deitatis, **VIVIT**,
ET REGNAT gubernando omnia
IN VNITATE, & identitate essentia,
 maiestatis, & potentia **SPIRITVS**
SANCTI, qui est tertia in Trinitate
 sanctissima persona, **DEVS** verus, & æ-
 ternus, sine principio, & absque fine **PER**
OMNIA SÆCVLA SÆCVLO-
RVM, idem, & immutabilis manens,
AMEN, atque veraciter.

116. Astantes omnes fide adunati, licet
 non

non eodem modo : nam ego ex officio , & alij ex deuotione OFFERIMVS , & non coactè , sed sponte a præbemus , ac damus TIBI DOMINE , vt Deo verò , b cui soli oblatio debetur , CALICEM hunc vini aqua mixti , vt nobis salutem spiritua- lem afferat , c in sanguinem Filij tui mura- ranti , ex institutione ipsius SALVTA- RIS ; hoc est , Christi tui , TVAM in- finitam DEPRECANTES instar e Danielis , f totis viribus , & de intimo cor- dis CLEMENTIAM , g quæ neces- saria est remissione indigentibus , cum per illam relaxentur , & mitigentur poenæ , ad hunc finem , VT IN CONSPECTV h occulto , quod pauci , & sancti vident , quia DIVINAE , i absconditæ , & inaccessibi- lis MAIESTATIS TVAE , l quæ replet omnem terram , m non pro calicis , sed PRO NOSTRA offerentium , & astantium , ET hominum TOTIVS MVNDI fidelium , & infidelium spiritua- li SALVTE : horum ad conuersionem , illorum verò ad conseruationem , & augu- mentum gratiæ , CVM ODORE SVAVITATIS , n & cordis pietate , ac deuotione ASCENDAT , perue- niat , ac meritoriè o perseueret in sæcula sæculorum AMEN .

a Villau.
verb. offer-
re .

b S. Aug.
lib. o. cõt.
Faustum

c. 21.

c Azor l.
10 instit. c.
34. du. ult.

e Bell. l. 2.
de Missa
c. 17. ad r.

e Dan. c.
fgl. inter.
ps. 63.

g Lyr. in c.
11. et 15. Pr.
h Cassio. in

ps. 19.
i Is. 45. &
1. ad Ti-
mõt 6.

l Psalm. 71
m Bellar.
vbi supr.

n Villau.
verb. odor.

o gloss. in-
terlin. in
c. 14. Apoc.

p Ps. 33.

117. Cum præsto p sis , & salues humi-
les

les spiritu, sicut exterius in actione, ita interius **IN SPIRITV**, & in mente veræ **HVMILITATIS**, a quæ gloriam suscipit, **ET IN ANIMO**, & corde **CONTRITO** per pœnitentiam, quomodo illud b non despicias, sed pro acceptabili habes sacrificio, oramus, vt **SVSCIPIAMVR**, c approbemur, & amplectamur **A TE DOMINE**, d qui semper humiles exaltasti, **ET** infimal oramus, vt **SI C** iustè, purè, sanctè, & immaculatè **FIAT**, immoletur, & impleatur **SACRIFICIVM** corporis, & sanguinis Filij tui, quod aggredimur, **NOSTRVM** que dicimus, tum quia ad nostram utilitatem institutum, tum etiam quia honorem tuum à nobis offertur, **IN CONSPECTV** **TVO**, patriæ reuerentia, velatum tamen per fidem **HODIE**, & quoadusque in militante perseueremus Ecclesia, deprecantes, **VT PLACEAT** acceptumq. sit **TIBI DOMINE DEVS**, e non ex parte sua, vt sic enim certissimè scimus & ex se, & ex Christi tui institutione acceptum tibi esse, sed ex parte nostra, nam de propria iustitia dubitamus, f quia certi absque particulari reuelatione esse nequimus; & ideo nedum internè toto mentis affectu, sed & externè manibus, nutibus, & ore voce clamamus, **VENI**
 non

a *Prou. 29.*

b *Psal. 50.*

c *Villau. verb. suscipere.*

d *Lucas 2.*

e *Bellarm. lib. 2. de Missa cap. 17. ad 3.*

f *Concil. Trid.*

non loci mutatione, ^a cum cælum, & terram impleas, sed gratuita acceptatione adesto, inquam, S A N C T I F I C A T O R, omnia sanctificans, per sanguinem agni immaculati, O M N I P O T E N S, cui nemo potest resistere, A E T E R N E, qui in potentia, & sanctificandi vi idem ipse semper es D E V S nostram quærens sanctificationem, E T vt illam mereamur, B E N E D I C, sanctifica, & accepta, H O C S A C R I F I C I V M panis, & vini, T V O S A N C T O, & ineffabili N O M I N I, & maiestati diuinæ P R A E P A R A T V M, & dedicatum ^b per iam factam oblationem, vt media consecratione iterum tibi offeratur oblatione faciendâ, in qua propriè sacrificium hoc consistit.

118. Disponit autem, vt vult ^c Durandus, & *Collocat sacerdos hostiam, & calicem cum signo crucis*, in altari; quia sicut Christi Domini oblatio in cruce facta fuit, sic & sacerdotis oblatio, quæ in illius memoriam, iuxta ipsius Christi Domini præceptum fit, cum signo crucis fieri debet.

119. In Missis autem solemnibus sacerdoti in oblatione subdiaconus, & diaconus ministrant, tribuentes illi quæ oblaturus est, Patenam nimirum cum hostia, & Calicem cum vino aqua mixto: vel quia, vt dicunt ^d Rupertus, ^e Hugo Victorinus, & ^f Inno-

a Hierem. 23.

b Bellar. ubi supr. ad 4.

c in rat. l. 4. cap. 30. num. 17.

d lib. 2. de diu. offic. cap. 3.
e lib. 2. de sacramen. cap. 22.
f lib. 2. de Missa c. 58

centius III. lex per subdiaconum significata, sacrificium hoc salutis a in Melchisedech præfiguravit : & Euangelium in Diacono importatum sua manifestatione ad altare, idest, ad solemnem Ecclesiæ ritum perduxit. Vel quia Apostoli (quos non incongruè hic per dictos ministros, significari dicetur, & cum supradictis adamussim congruit) parauerunt Christo Domino cenaculum, & cetera necessaria ad comedendum Pascha, vt constat ex b Euangelio. Ratione cuius forsân dixit c S. clemens Romanus hac in occasione assistere ministros sacerdoti, vt discipuli magistro assistunt.

b Matt. 26
 Marc. 14.
 & Luc. 22
 c l. b. 8.
 const. Ap.
 cap. 12.

d lib. 2. de
 Missa c. 59
 e in rat. l.
 4. cap. 30.
 num. 29.
 f Matt. 26.
 & Marc.
 14.
 g Ioan. 11.
 h Matt. 26
 & Marc.
 14.
 i ibidem.

- 120 - *Facta oblatione Patenam*, quæ vt supra diximus, cor latum, & amplum charitate significat; *sacerdos abscondit sub corporali, siue ab altari remotam subdiaconus retro continet inuolutam in Missis solemnibus*, ad designandum secundum eundem d Innocentium III. & e Durandum, discipulorum Christi Domini in eius passione fugam. Nam esto prius latitudinem cordis haberent dum S. Petrus aiebat, f et si oportuerit me mori tecum, non te negabo; dum s. Thomas dixit, g eamus & nos vt moriamur cum illo; & dum h similiter & omnes discipuli Christo Domino dixerunt: hæc ab eis cordis latitudo aufugit, cum i omnes relicto eo fugerunt, & latuerunt propter

propter carnis infirmitatem, vt ipse Dominus Christus a eis prædixerat.

121. *Tburificat* deinde in solemnibus *Missis sacerdos oblata*, aut b ob iam dictas rationes, aut vt volunt iidem c Innocentius III. & d Durandus ad rememorandum, quod s. Ioannes scripsit in Euangelio, videlicet: e Mariam Magdalenam scilicet, accepisse libram vnguenti nardi pistici pretiosi, & unxisse pedes Iesu, & domum impletam fuisse ex odore vnguenti. Vnde ter in formam crucis superducit, & circumducit incensum, quia ter Maria unxit Iesu corpus; vt puta f in domo Simonis Leprosi, g in domo Simonis Pharisei, & h cum emit aromata, vt veniens ungeret Iesum in sepulchro, vbi voluntas pro facto reputatur, & deinde totum incensat altare, quod factum illud totam bono odore vndique respargit Ecclesiam: tamen quia tota ista actio ad impetrandam diuinam clementiam dirigitur, dum incensum adolet sacerdos, sibi, omnibusque fidelibus spiritus sancti gratiam precatur deuotè verbis sequentibus vtrumque explicatis.

122. Cum i sacerdotem benedicere oporteat (ait diaconus) BENEDICITE, purificate, & Deo consecrate incensum istud, PATER REVERENDE, qui æterno Patri sacrificia offertis.

a eisdem
in locis

b in hac p.
num. 37.

c lib. 2. de
Missæ cap.
57.

d in ratio.
lib. 4. c. 31.
n. 1. & 2.

e Ioan. 12.

f Matt. 26.
& Marc.

14.

g Luc. 7.

h Marc. 16

i Pontific.
Rom. in
ord. Pres-
byte.

a Num. 16

b Exod.

32. & Hie-

rem. 7. &

ibi utraq.

gloss.

c Luc. 1.

d Ps. 115.

e Casiod.

in ps. 66.

123. Ipse verò celebrans inuocando sanctos, incensum benedicit, adiungens : ad impetrandū accepto thuribulo isto instar a Aaron pro populo tuo, & Ecclesia Catholica, PER INTERCESSIONEM, & orationem, b quæ iræ diuinæ obistere potest, BEATI MICHAELIS ARCHANGELI Principis cælestis exercitus, STANTIS, quando c Zacharias Pater Ioannis Baptiste secundum vicem suam ingressus est templum, vt incensum poneret in conspectu Altissimi, stantis, inquam, vt principalis minister, & præses Deo adolentium A DEXTRIS, & præstantiori parte ALTARIS, in quo omnium Creatori INCENSI suffitus; & oblatio iuxta legis præscriptum offerebatur, ET per intercessionem etiam OMNIVM & singulorum ELECTORVM SVORVM, d quorum in conspectu ipsius mors est pretiosa, INCENSVM ISTVD, quod in illius honorem adolemus DIGNETVR, digumque iudicet DOMINVS, cui vti Deo vero illud incendimus, BENEDICERE, ac e numero, & merito multiplicare, ET aspiciendo ad indigentiam nostram, IN ODOREM SVAVITATIS, & acceptabilem oblationem ACCIPERE, & acceptare, PER CHRISTVM DOMINVM NOSTRVM,

qui

qui sacrificium istud instituit, & ritum illius
Ecclesiæ tradidit, AMEN.

124. Et post benedictionem, oblata,
altareque thurificans prosequitur: IN-
CENSVM ISTVD a de orationibus
sanctorum, & deuotione Ecclesiæ tibi cre-
matum, & A TE æterno Deo BENE-
DICTVM, purificatum, sanctificatum,
& ad tuum diuinum cultum eleuatum, & à
me indigno famulo tuo ob sacerdotium ob-
latum ASCENDAT, cum fragrantia
deuotionis, & b fidei, per charitatis ignem
operantis, & perueniat AD TE DO-
MINE, cuius Deitatem veneramur, &
clementiam imploramus, ET ita tibi sit
gratum, quod faciat, vt DESCENDAT
ad sanctificandum, & purificandum S V-
PER NOS, & super omnes actos ad fe-
rendum fructum, seu predestinatos omnes
MISERICORDIA TVA, c a qua
veluti igne ad tui, & proximi amorem ac-
cendamus.

a Apoc. 8.

b ad Ga-
lath. 5.

c Haymon
lib. 2. in c.
8. Apoc.

125. DIRIGATUR DOMINE,
& sic placeat ORATIO MEA d igne
charitatis incensa, sitque bonus odor, SI-
CVT INCENSVM e illud, ac rhy-
miama gratum erat, f quod in altari aureo
in sancto ante velum Sancti factorum adole-
ri solebat, IN CONSPECTV TVO,
g ad tui venerationem, & ELEVATIO

d interlin.
in ps. 140.
e Agell. in
ps. 140.
f Exod. 30
g Capens.
in ps. 140.

a Agell.
ubi sup.

insuper MANVVM MEARVM, a cū
preces tibi offero in hoc sacrificio, in quo
præcipuum sacerdotale opus, officium,
ac ministerium perficitur; ita dirigatur, ac
tibi placeat, sicut SACRIFICIVM
illud VESPERTINVM, b quod post
alia omnia sacrificia offerebatur, c omnium-
que erat honoratius, atq. acceptius, d quia
passionem agni immaculati, cuius oblatio-
nem aggredior, significabat. Et ideo PO-
NE quæso DOMINE, ne iniqua lo-
quar, CVSTODIAM, e frænum,
aut chamum ORI MEO, f vt clauda-
tur ad excusationem, & aperiatur ad con-
fessionem, ET OSTIVM CIRCVM-
STANTIAE g siue firmissimum, quale
solet arcibus, quæ præsidio sunt vrbibus im-
poni LABIIS MEIS, h ne aliter o-
rando efferar, quàm debeo in sacrificio tan-
to, & vt ad caput, & fontem verborum, &
operum deueniam, peto hæc, VT NON
DECLINET, i nec eousque declina-
re, & peruertere sinas COR, & ianimum
MEVM ope tua subducta IN VERBA
MALITIAE, & in tantum mali alicuius
perpetrandi studium, vt perueniat AD EX-
CVSANDAS EXCVSATIONES, l quod
summum vitium, & m consuetudo impru-
dentium est IN PECCATIS, n in quibus
confessione placaris, & negatione irritaris.

b Leuit. 6.

c Euthym.
in ps. 140.

d S. Aug.
bic.

e Camp.
& Agell.
bic.

f S. Aug.
ubi sup.

g Agell.
in hunc
locum.

h Hopper.
bic.

i Agell. ubi
supr.

l gl. ordin.
in ps. 140.

m Cassio.
ibid.

n Euthym.
in eod. loco

Tandem

126. Tandem tradens thuribulum diacono sacerdos concludit: ACCENDAT, excitet, & conferuet IN NOBIS, ac in omnibus Ecclesiæ filijs DOMINVS rex celi, & terræ, IGNEM intrinsecum, & essentialem SVI AMORIS per infusionem diuinæ gratiæ, ET FLAMMAM exteriorem, & lucentem ad bonum exemplum coram hominibus AETERNAE, ac non deficientis CHARITATIS inter amicos, seruosque suos. AMEN.

127. His peractis manus abluit sacerdos; non solum quia dedecet sacra pollutis tractare manibus; sed etiam ad insinuandum se ampliori indigere ablutione, nedum à mortalibus, & maioribus; sed à venialibus etiam, & minimis, vt sonant illa verba, quæ à Psalmista a mutuata, dum se lauat, pronuntiat, dicens: *Lauabo inter innocentes*, non inter peccatores: nam sicut ex b S. Dionysio Areopagita probat c S. Thomas extremitatum ablutio significat emundationem etiam à minimis peccatis, secundum illud Christi Domini dictum, d qui lotus est non indiget, nisi vt pedes lauet. Ratione cuius addit e Gabriel oportere sacerdotem, dum manus lauat ad cordis munditiem sese conuertere, vt si aliquid fordis agnoscat, contritione & voto confessio-

a Ps. 25.

b De Eccl. Hierar.

cap. 3.

c 3. p. q. 83

ar. 5. ad. 1.

d Ioan. 13

e lect. 17.

in canon.

Missæ.

nis, quia pro tunc aliter non potest, illud abluat, & abstergat. Ad id enim cœremonia hæc à principio nascentis Ecclesiæ in Missa fuit vsurpata: quantum colligere licet ex a S. Dionysio Areopagita, ex b Clemente Romano, c ex Cyrillo Hierosolymitano, & ex alijs Patribus. Sed interim recitat psalmi 25. partem, cuius paraphrastalis est.

a *vbi sup.*
b *lib. 8. cō-*
Apost. c. 11
c *Cathech.*
5. *myftag.*

d *Cāpens.*
ps. 25.
e *Vatabl.*
ibid.
f *Lyra. in*
moral. bic
g *S. Aug.*
in eod. loc.
h *Hopper.*
in hūc ps.
i *Agell. bic*
l *S. Aug.*
loco cit.
m *Lyra.*
in moral.
vbi sup.
n *Hopper.*
bic.
o *Lyra.*
vbi sup.

p *psalm.*

128. Si adhuc indignè, immundaque sunt, d donec puræ fiant, L A V A B O, e non tam aqua, quàm innocentia, f cum proximo, iustè, & deuotè cum Deo viuendo, INTER INNOCENTES g conuerfans, vt discam ab eis tibi placita, M A N V S, h opera, & actiones MEAS i ab auaritia, rapinis, & fraudibus, vt sic enim, l amplexabor sublimia tua, ET CIRCUMDABO, sacrificia, m & oblationes offerendo, ALTARE TVVM DOMINE, in quo tibi vota offeruntur, n V T in eo coram te consistens, AVDIAM, o & discam, aliosque audire, & discere faciam, V O C E M confessionis LAVDIS TVAE o in diuino officio, & sancto isto sacrificio, E T simul ENARREM, si possibile est, cum à communi hominum intelligentia plane sint separata VNIVERSA MIRABILIA TVA, in hoc mirabili sacramento, in quo mirabiliter, p memoriam

moriã fecisti mirabilium tuorum.

129. Nec hoc mihi arrogabo, sed tibi retribuam, nam tu scis DOMINE horum omnium patrator, quod semper DILEXI, ac vehementer optavi DECOREM, a splendorem, ac maiestatem augustam, & reuerentiam DOMVS TVAE vt ex his quodammodo maiestas inhabitantis animo concipi, & oculis penè conspici possit: imò ET ob eandem causam dilexi, ac ornari, & venerari curavi LOCVM tam templi tui, quàm sacramentalium specierum, quia vtrumque est HABITATIONIS, & manifestationis GLORIAE TVAE. Et in vtroque particulariter assistis, & b glorificaris in illo post dedicationem, in isto post consecrationem.

a Agell. &
Cassiod.
bic.

b S Aug.
in ps. 25.

c Vatabl.
ibid.

d Ecclesia
in prof. de
Euch.
e Hopper.
in ps. 25.

130. c Quæ quidem cum ita se habeant, & si modò simul esse permittas, NE simul PERDAS, aut punias quæso, neque coniungas in effectu sumptionis huius sacramenti, d mors malis, & vita bonis, CVM IMPIIS illis, qui tuum negligunt cultum, & e a te auersi recta eunt ad interitum, o DEVS omnipotens ANIMAM, seu actiones, & vitam MEAM internam, ET CVM VIRIS SANGVINVM, qui se homicidijs, & rapinis inter homines polluerunt; VITAM, & conuersationem MEAM externam.

R

Cum

a Hopper.
loc. cit.

b Vatabl.
ubi sup.

c Lyr. in
psal. huius

d Cassiod.
ibid.

e S. Aug.
ubi sup.
f Vatabl.
bic.

g Lyr. in
psal. ps. 25

131. a Cum ijs dico, IN QVO-
RVM MANIBVS, & omni vitæ actio-
ne, INIQUITATES, b scelus præ-
meditatum, & malę cogitationes SVNT,
c quia semper parati sunt iniquè agere,
d & quod eis datum est, ad accipienda æ-
terna, conuertunt ad sæculi dona, æstiman-
tes quæstum esse pietatem, vnde DE X-
TERA, e finis, & ratio EORVM
REPLETA EST MVNERIBVS,
f siue corruptorio munere, dum largitione
corrupti, ita iusta tua iudicia peruertunt:
vt absque deuotione, dispositione, & ma-
nuum lotionẽ, hoc etiam purissimum
g sacrificium pro munere, & stipendio,
non pro spiritali salute principaliter offe-
rant.

h Agell.
bic

i Hopper.
ubi sup.

l S. Aug.
loc. cit.

m S. Aug.
in ps. 25.

n Hopper.
ibid.

132. EGO AVTEM, quantum
humana fert fragilitas, meo videri IN
INNOCENTIA, & simplicitate
MEA, h ab his fraudibus, & captionibus
elongatus, INGRESSVS SVM, i &
in posterum semper ingrediar ad offeren-
dum sacrificium hoc. REDIME ergo
ME, l vt mihi ad perfectionem liberatio-
nis pretium tanti sanguinis, tantæque ob-
lationis valeat, ET illius intuitu non meis
meritis MISERERE MEI m in hu-
ius vitæ periculis, n vt à malo liberatus,
boni huius particeps effici possim.

133 PES enim MEVS, a affectio- que, & dilectio mea, quæ facile labi solet, STETIT gratia tua IN DIRECTO, b neque aberravit à via, & rectitudine iustificationum tuarum: c quare palàm IN ECCLESIIIS, coetibus, & frequentia populi, ore BENEDICAM, omnibusque laudibus prædicabo d non me, sed TE DOMINE, qui tanta nobis beneficia tribuisti, & tantorum sacramentorum participes effecisti.

a *gl. ord.*
b *loc.*

b *Hoppero*
loc. cit.

c *Campes.*
in ps 25.

d *interl.*
ibid.

134. Pro quibus omnibus sit GLORIA, e & nominis celebritas, quæ toti innotescat mundo, PATRI æterno, qui vt nos dealbaret in sanguine agni immaculati misit filium suum in similitudinem carnis peccati: ET FILIO, qui sanguinem suum fudit in pretium simul & lauacrû, quo nos mundauit, f lauit, ac super niuem dealbauit; ET SPIRITVI SANCITO qui fide, ac gratia purificat hominum corda.

e *Villan.*
de verbo
gloria in
psal. 138.
Scr. sacr.

f *Psal. 50.*

135. Idque SICVT ERAT apud Angelos sanctos in celo IN PRINCIPIO creationis ipsorum, quando sanctificati sanguine agni occisi ab origine mundi, gloriam, & honorem suo dederunt creatori, in quo ET perseuerant NVNC, ET perseuerabunt SEMPER; ET cum ipsis omnes sancti participes huius salutaris

lauacri, IN SÆCVLA SÆCV-
LORVM incessanter adorabunt, glori-
ficabuntque Deum, a cui est omnis honor,
& gloria, AMEN.

a 7. ad
Thimoth.
1.

136. Tum sacerdos vt omnium sancto-
rum intercessionem impleret, se inclinans,
ac corporis positione se ipsum humilians, &
indignum ad tantum ministerium recogno-
scens, & secundum b Innocentium III. &
c Durandum Christi Domini humilitatem,
d qua semetipsum exinaniuit, formam fer-
ui accipiens, repræsentans; dicit orationem
illam, quæ incipit: *Suscipe sancta Trinitas;*
desumptam, vt probant e Bellarminus, &
f Azorius ex ordine Gallicano, sicut & ille
aliæ quattuor orationes, quibus fit panis, &
vini oblatio, vt g supra annotauimus: hanc
verò aliquammodo, vt sequitur, declaramus.

b lib. 2. de
Missa cap.
60.

c in rat. l.

4. c. 32. n. 1

d ad Phil.

2.

e lib. 2. de

Missa c. 17

f tom. 1. li.

10 cap. 34.

dub. 10.

g in hac

1. p. num.

113.

137. Culpis nostris data venia, non of-
fensus, imò nostra deuotione placatus, SV-
SCIPÉ, & accepta Deus omnipotens,
hoc est, S A N C T A, & indiuidua
TRINITAS, non numeratione, aut
multiplicatione essentia, sed personarum,
quarum trinitas cum Deitatis vnitatem inef-
fabiler reperiri fatemur in te Deo viuo, &
vero, cui gratam, & acceptam esse anhelamus
HANC præsentem OBLATIO-
NEM panis, & vini in verum corpus, &
sanguinem Christi tui transubstantiando-
rum,

rum, QVAM^a ex eiusdem Christi institutione, & præscripto Ecclesiæ eius, TIBI summo, æternoque Deo OFFERIMVS, dedicamus, & immolamus, O B MEMORIAM, ac repræsentationem, acerbissimæ PASSIONIS, sanctissimæ RESVRRECTIONIS, ET admirabilis ASCENSIONIS IESV CHRISTI FILII TUI, & DOMINI NOSTRI, qui b nos non corruptibilibus auro, & argento, sed pretioso sanguine suo emit, & redemit. ET etiam c ad testimonium excellentiæ illorum hanc eandem oblationem offerimus tibi IN HONOREM, & venerationem BEATÆ, ac d benedictæ inter mulieres, & super omnes creaturas MARIÆ Matris Filij tui, SEMPER tamen VIRGINIS: unde e spiritus eius exultavit in te Deo saluari suo, & beatam ipsam dicunt omnes generationes. ET in honorem insuper BEATI IOANNIS BAPTISTÆ, f Prophetæ, & plusquàm Prophetæ, missob à te ante faciem Christi tui, vt pararet viam ante illum. ET adhuc in venerationem SANCTORVM APOSTOLORVM, imo Apostolorum principum, PETRI, g à quo Romana Ecclesia, ordo Missæ, & orationum, quibus oblata sacrificia, consecrantur, accepit: ET PAULI,

a Luc. 1. &
1. ad Cor.
11.

b 1. Petr. 1

c Iacobus
Bayus lib.
3. instit.
relig. Chri
st. c. 60.
d Luc. 1.

e Luc. 1.

f Matt. 11.

g S. Isidor.
lib. 1. de
Eccles. offic.
cap. 15. &
Vualfrid.
de reb. Eccl.
cap. 22.

qui

a 1. Cor.
11. & 1.
ad Timot.
2.

qui a plus quàm alij Apostoli scripsit de institutione, & ritibus sacrificij huius, ET in particulari I S T O R V M . ET ad maiorem exauditionem O M N I V M S A N C T O R V M , qui tecum regnant in patria, V T I L L I S quàmuis æternaliter, & inamissibiliter b denario essentialis beatitudinis perfruantur, P R O F I C I A T , utilisque sit A D H O N O R E M , seu manifestationem talis fruitionis apud homines, præsentemque Ecclesiam . N O B I S A V T E M adhuc in via, & c lacrymarum valle degentibus, deque æterna salute incertis P R O S I T A D S A L V T E M spiritualem, qua ad ipsorum consortium peruenire possimus, ET ad idem I L L I iam securi in portu P R O N O B I S in mari adhuc fluctuantibus, d vt facilius, quod postulamus, impetremus, I N T E R C E D E R E , & deprecari D I G N E N T V R , ob charitatem, qua inflammantur I N C O E L I S , vbi e dedisti eis federe tecum in trono tuo, f vt conuertamur ad illos in tribulationibus, & necessitatibus nostris, ad quos conuertimur, & Q V O R V M intercessionem propitiam desideramus, & ob id M E M O R I A M ipsorum in hoc tremendo sacrificio A G I M V S I N T E R R I S , g vt illorum orationibus, nostras preces, & oblationes suscipias

b Matt. 20

c Ecclesia
in Salue
Regina

d S. Hier.
in Epist.
Paulæ.

e Apoc. 3.
f Iob. 5.

g S. Cyril.
cathech. 5.

scipias, PER EVNDEM CHRIS-
TVM DOMINVM NOSTRVM
& institutorem & hostiam huius sacrificij,
AMEN.

138. Hac oratione finita animo reuol-
uens sacerdos (vt dicit a Durantus) quan-
tæ molis res sit, tam grande & tam diuinum
sacrificium, Maiestati diuinæ offerre; quan-
tæ etiam innocentæ esse oporteat, pro po-
pulo ad Deum acedere, de virium suarum
imbecillitate, ac conuersationis suæ inte-
gritate diffusus, ad humilitatis suffragia re-
fugit; & se ad populum conuertens, orat
astantium precibus adiuari dicens, *Orate
fratres*. Vt dignus nimirum sim vestram
vniuersæque plebis oblationem offerre Do-
mino. Ita b Amalarius: sed verbatam
sacerdotis, astantium deprecationem pe-
tentis, quam ministri in Ecclesiæ persona
deprecantis annectamus, cum illorum de-
claratione.

139. Ecclesiæ orationem postulans sa-
cerdos ait, c quia aliquando pro offeren-
te respuitur oblatio, quæ quantum sua re-
fert, acceptatur; vt charitate adunati faci-
lius à Domino, quod postulamus, impetre-
mus, ORATE, & intercedite FRA-
TRES, quibus oportet d sit cor vnum,
VT ME VM ob particularem actionem
offerendi ex officio, AC VESTRVM

a lib. 2. de
ritib. c. 2.
num. 2.

b lib. 3. de
Eccl. offic.
c. 19.

c Odo. Ca-
mera. in
can Missæ
diff. 3.

d Actior.

per

a *Concil.
Trid. sess.
22. cap. 6.
& Bellar.
lib. 2. de
Missis c. 9.*

per communionem sanctorum, & fructus
perceptionem; a nam cum minister publi-
cus sim, & publico nomine, & pro tota of-
fero Ecclesia: Vnde non solum meum, sed
& SACRIFICIVM hoc, quod & pro
me, & pro vobis, pro totaque Ecclesia,
opto, vt ACCEPTABILE, ac placabile,
nedum ex se, quomodo displicere non po-
test, sed etiam ex actione, & oblatione
mea, FIAT in conspectu, & APVD
DEVM PATREM OMNIPOT-
ENTEM, qui licet Deus omnipotens
oblationum nostrarum non egeat, vt Pater
misericors ad nostram vtilitatem, vult vt il-
las faciamus.

b *Do. Ca-
mer. in ca-
non. Missae
dist. 1.
c Ecclesia
in oratio.
Veni san-
ctificator.
d Bellarm.
lib. 1. de
Missac. 26
e Pont. f.
Rom. in
ord. sacer.*

140. Minister vero Ecclesiae nomine o-
rans respondet, supplicamus, & obnixius
deprecamur, vt SVSCIPIAT, b gra-
tum, & placidum habeat, DOMINVS
Deus iustus noster SACRIFICIVM,
c suo sancto nomini prae paratum, d & in-
choatum per oblationem panis, & vini, &
perficiendum oblatione corporis, & sangui-
nis Christi Domini, DE MANIBVS
TVIS, vt legitimi Ministri ad id e spe-
cialiter benedictis, & consecratis, AD LAV-
DE M, & gloriosam manifestationem to-
to Orbe terrarum, ET GLORIAM,
atque patriae cultum NOMINIS SVI,
sive maiestatis, principatus, & diuinitatis

suae

suæ, AD UTILITATEM QUOQUE NOSTRAM, nam a offertur pro peccatis nostris, & ignorantijs populi, estque b propitiatorium sacrificium. Vnde non solum in nostri cadit utilitatem, imò TOTIVSQUE ECCLESIAE, tam in cœlis triumphantis, quàm in terris militantis, ac in Purgatorio se purgantis, pro quibus omnibus offertur, quia nedum c sancta & salubris est cogitatio pro defunctis, in Purgatorio nimirum existentibus exorare, vt à peccatis solvantur, d nec solum prodest viatoribus, pro peccatis, & necessitatibus eorum, sed etiam e sanctis in cœlo non ad culpæ, vel pœnæ remissionem, nec ad gratiæ, vel gloriæ essentialis augmentum, sed ad incrementum gloriæ accidentalis, & honoris; f damnatis verò nullatenus sacrificium hoc prodelse fatemur, imò nec g infidelibus, & extra Ecclesiam degentibus, nisi ad conuersionem. Quare solum postulamus vt proficit Ecclesiæ, seu congregationi, non absolute, sed SVÆ SANCTÆ ratione vnitatis gratiæ, charitatis, sacramentorum, AMEN.

141. Huius præcationis institutorem h Radulphus Leonem 1. facit; i Durantus verò ad Apostolos; imò ad ipsum Christum Dominum illam reducit. Et vtrumque verum asserere, si hic de substantia, ille autem

a liturgia
S. Iacobi.

b Bellar.
lib. 2. de
Missæ c. 2.

c 2. Mach.
12.

d S. Chryf.
hom. 79. ad
popul Antioch. &

72 in Mat.

e Bellarm.
libr. 2. de
Missæ c. 8.

f S. Aug l. 1
de orig. a-
ni n c. 9.

g 11. &
in inche. c.
109. 110.

h Bellar.
libr. 2. de
Missæ c. 6.

i de can.
obseru.

prop. 23.

i libr. 2. de
rit. c. 29.
n. 3.

de modo, & verbis precationis intelligat: ex eo mihi persuadeo, quod in Apostolorum liturgijs hæc eadem deprecatio, non sub eisdem his verbis, sed sub alijs, utputa, *a Orate pro offerentibus*, aut *b ut seruet presentem sacerdotem, qui ea offert, Dominum Deum supplices imploremus*, hoc fere in loco reperitur. Vnde quamuis Leo I. illam, ut ait Radulphus, instituerit sub his nimirum verbis, quibus nunc fit: quoad substantiam vel sensum, ut Durantus dixit, est traditio Apostolica, ab illo (quod forsitan commemorat) Christi Domini facta, quando oraturus ad Patrem discipulos ad orandum excitavit, deprompta, ut in simili dixit c Stephanus Eduensis.

142. Ceterum quando Sacerdos precatur astantes ut pro se orent, taliter se ad populum vertit, ut perfectum conficiat circulum, non solum ut ait d Gabriel ad denotandum se infirmitate circumdatum ac propterea indigere, & Ecclesiæ, & circumstantium oratione, verum etiam ut tali ostendat circulo se, nomine totius Ecclesiæ, ac pro tota Ecclesia, toto terrarum Orbe diffusa incruentum Missæ sacrificium offerre, vertendo namque faciem vndequaque in circuitu, quasi vniuersum terrarum Orbem omnesque illius partes respicit, & tali aspectu, veluti demonstrat, indicat, atque signat illos

a liturgia
S. Marci.
b liturgia
S. Iacobi.

c de sacr.
altar. c. 20
in verbo
Oremus.

d lect. 17.
in canon.
Missæ.

illos omnes quibus sacrificium suum propitiabile fore precatur, nam teste doctissimo antecessore nostro ^a Antonio Agellio, cum immolarent hostias hebræorum, sacerdotes (quod de gentium sacerdotibus me istum legisse memini.) ^b circuire altare, vel circulum facere solebant, uti constat ex illis Psalmistæ verbis, ^c circuiui & immolauit in tabernaculo eius hostiam vociferationis. & iterum, ^d Lauabo inter innocentes manus meas & circundabo altare tuum Domine, oblationes nimirum & sacrificia offerendo, ut postillat ^e Lyra. Sed quid sibi vult iste circulatio? Ad similitudinem inquit ^f sanctus Augustinus militis, necubi sit aditus hostis, ut circum aspiciat. Dicunt ^g sanctus Hieronymus, vtraque Glosa, cum ipse met Augustino. animo omnia creata, & fide toto terrarum Orbe diffusam, siue totius Orbis fideles, & pro omnibus altare circundet, siue sacrificium offerat.

^a in ps. 26.^b Mar.Cato de
Re rust.

instit. 141.

^c ps. 26.^d ps. 25.^e in ps. 26.^f ibid.^g ibid.

143. Ne tamen otio indignus, circumstantium oratione fiat; dum astantes orant, orat & ipse adiungendo tot orationes secretas, quot fuerunt collectæ ante Epistolæ lectionem recitatæ. Quæ variantur secundum exigentiam officij: omnes tamen ad hoc tendunt, vn oblatio, & sacrificium acceptetur à Deo ad sui gloriam, sanctorum honorem, populi salutem, animarum redemptionem,

& impetrationem eorum, pro quibus specialiter offertur, & celebratur officium.

144. De harum orationum origine id ipsum dicendum erat, quod supra de collectis est dictum. Quare solum venit notandum, cum a Ruperto, & b Innocentio III. illas secretò, & sub silentio dici à sacerdote, ad significandum Christum Dominum tempore passionis appropinquante, iam non in palam ambulasse apud Iudæos, sed abiisse in regionem iuxta desertum, in ciuitatem, quæ dicitur Ephrem, ibique moratum fuisse cum discipulis suis, vt scripsit e Ioannes Euangelista.

146. In fine tandem vltimæ orationis secretæ vocem exaltat sacerdos, intelligibiliter dicens; *Per omnia secula seculorum*, ad excitandum, secundum d Gabrielem, populi desiderium, vt exoptet consequi illa, quæ sacerdos secretò à Domino concedi orauit: & ideo in persona populi respondet vel chorus vel minister. *Amen*, hoc est fiat quod petisti.

a libr. 2. de
diu. offic.

c. 4.

b libr. 2. de

Missa c. 54

c Ioan. 11.

d lect. 17.

in canon.

Missa.

SECUNDA PARS

Missæ.

1. **A**CCEDIT post hæc sacerdos ad secundam Missæ partem, quæ sicuti præcipua est; ita excedit etiam alias in hoc, quod est habere *Præfationem*: hoc est, ut exponunt a Bellarminus, & b Azorius, præparationem, & excitationem populi ad illam actionem, in qua propriè consistit sacrificium: ut tota deuotione, & reuerentia conficiatur. Ob quam eandem rationem in Missis solemnibus, & Acoluthi accipiunt ceroferaria, cereosque accendunt: & sacerdos ipse, ad maiorem deuotionis excitationem, Præfationem suauimodulatione concinit. Nisi dicamus cum c Amalario id fieri ad reuerentiam tantæ consecrationis; vel cum d Innocentio III. sacerdotem sonora & intelligibili voce præfationem dicere; quia iterum iam palam ambulabat Iesus, ita quòd in crastinum, ut ait e Ioannes, turba multa, quæ conuenerat ad diem festum, cum audisset, quia venit Iesus Hierosolymam, acceperunt ramos palmarum, & processerunt obuiam ei, & clamabant, Hosanna, benedictus

a *libr. 2. de Missa c. 17*
 b *tom. 1. l. 10 cap. 34. dub. 11.*

c *libr. 3. de Eccles. of. c. 21.*
 d *libr. 2. de Missa c. 61*
 e *Ioan. 12.*

dictus, qui venit in nomine Domini, Rex Israel: id quod cum cantico Angelico, quod Præfationi annectitur, optimè adaptatur.

2. Et licet in fine ultimæ orationis secretæ, sacerdos sonora voce dicat, *Per omnia sæcula sæculorum*, ut finis orationis sit principium præfationis, ad significandum secundum ipsum ^a Innocentium III. & ^b Durandum, Christum Dominum esse lapidem angularem, qui facit utraque unum, ut ait ^c Apostolus: Præfatio incipit in salutatione illa *Dominus vobiscum*, qua sacerdos, ut exponit ^d Gabriel, optat populo assistentiam diuini adiutorij ad altissima sacramenti huius mysteria Angelicæ perfectioni admiranda, non curiosè discutienda, sed captiuando intellectum in obsequium fidei, cordis humilitate suscipienda, & veneranda. Respondet populus, *Et cum spiritu tuo*; cooptans, ut quod non nisi Spiritus sancti operatione, & gratia fieri potest; rectè eodem Spiritu, spiritum sacerdotis subleuante, & sibi vniente, nedum sacramentaliter, sed spiritualiter etiam, & iugiter fiat. Hortatur deinde sacerdos populum, ad proficiscendum ad altiora, dicens, *Sursum corda*: supple leuate, ne, ut ait ^e S. Augustinus, putrescant in terra. Nam secundum ^f S. Eligium, & ^g S. Cyprianum, ^h sanctum Chrysostomum, & omnes ferè Patres,

subib idem

^a *ubi sup.*
^b *in rat.*
l. 4. cap. 33.
num. 4.
^c *ad Ephef.*
v. 2. cum
interpret.
Lyra &
gloss. int.
d lect. 18.
in canon.
Misse.

^e *in ps. 148*
^f *hom. 11.*
in cæna
Domini
^g *serm. de*
Orat. dom.
^h *hom. de*
Orat. dom.

idem est, *sursum corda* clamare, ac dicere omnis secularis, & carnalis abscedat cogitatio, nec quidquam aliud animus, quam id solum cogitet, quod precatur. Claudatur contra aduersarium pectus, & soli Deo pateat. Quæ omnia populus respondendo. *Habemus ad Dominum*, & approbat, & curat adimplere. vt fugiat improprium illud; populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me, vt locutus est a Isaias: vel vt b Ieremias dixit, prope est Dominus ori eorum, & longè à renibus eorum.

3. Hac exhortatione præmissa extollit se ipsum sacerdos, & populum simul ad agendas Deo gratias pro tanto beneficio, dicens; *Gratias agamus Domino Deo nostro*. Non quod nostra gratiarum actione Deus, c qui bonorum nostrorum non eget, opus habeat, vt ait d Chrysostomus; sed vt quidquid lacri est, id ipsum ad nos iterum redeat; & dignos nos faciamus maioribus gratitudine subsidijs. Nam gratiarum actio cum amplius facere non possimus, maximum est sacrificium, & oblatio; vt ipsemet e Chrysostomus docet. Iungit autem se ipsum sacerdos populo in plurali dicens *agamus*, quia vnus doni corporis scilicet & sanguinis Domini Christi sunt participes, & deinde quia in vno, eodemque corpore mystico vniuntur, teste f Paulo, eo quod

ob. 2. d. 11. e

p. 11. d. 11. e

p. 11. d. 11. e

p. 11. d. 11. e

p. 11. d. 11. e

p. 11. d. 11. e

p. 11. d. 11. e

a Isai. 29.

iuxta verba

Christi

Matth. 15

e Mar. 7.

b Ierem.

c. 12.

p. 11. d. 11. e

c ps. 15.

d hom. 26.

in Genes.

p. 11. d. 11. e

p. 11. d. 11. e

p. 11. d. 11. e

p. 11. d. 11. e

p. 11. d. 11. e

e in ps. 119

p. 11. d. 11. e

p. 11. d. 11. e

p. 11. d. 11. e

p. 11. d. 11. e

f 1. Cor. 10

de vno pane, & de vno participat. calice; Quibus omnibus consentiendo, respondet populus; *Dignum & iustum est.* Lignum nimirum, vt declarant *a* Durantus, & *b* Gabriel; ratione Dei, qui est Dominus Deus noster; & iustum ratione nostri, qui sumus populus eius, & oues pascuæ eius, vti *c* Dauid cecinit.

4. Approbans autem sacerdos populi responsionem; reddensq. rationem suæ exhortationis, se ad Deum Patrem conuertens, vt notarunt *d* Alcuinus, & *e* Remigius Antisiodorensis, & repetens, ac reduplicans populi verba, ad maiorem veritatis confirmationem, vt addit *f* Florus Magister, prosequitur totam Præfationem, & hymnum diuinæ laudationis; cuius paraphrasim ex *g* Alcuino, *h* Amalario, *i* Floro, *l* Remigio, *m* Innocentio Tertio, *u* Durando, & alijs depromptam, accipe breuiter.

V E R E, sicut tuus populus respondet, **D I G N V M** pro tantis beneficijs, **E T I V S T V M E S T**, nostris obsequijs, **A E Q V V M** ipso pondere rationis, **E T S A L V T A R E**, manifesto fructu salutis quoniam ad nostram corporis, & animæ salutem pertinet; **N O S** miseros, & indigentes, **T I B I** omnium donorum largitori, non ad horam, sed **S E M P E R**, omni tempore

a lib. 2. de rit. Eccles. c. 31. n. 7. *b* lect. 18. in canon. Missæ. c. ps. 94. *d* de divi. offic. c. de celebrat. Missæ. *e* de celeb. Missæ. *f* in expo. Missæ. *g* ubi sup. *h* lib. 3. de eccles. of. c. 21. *i* loc. cit. *l* ubi sup. *m* lib. 2. de Missa c. 62. *u* in rat. l. 4. c. 33. n. 7.

tempore in prosperis, & in aduersis, E T
 VBIQVE, idest, omni in loco, GRA-
 TIAS AGERE; ita vt a laus tua sit
 semper in ore nostro, & in omni tempore
 laudemus te, DOMINE, qui b no-
 strorum haud indigens, es omnium bono-
 rum largitor, SANCTE, omnia sancta
 tua benedictione sanctificans, vt sancta sint,
 PATER ingenite, & absque origine,
 à quo omnis paternitas in cælo, & in terra
 nominatur, OMNIPOTENS, quia
 omnia potest, omniaque tuæ nutui subiacent
 voluntatis, faciendo, quod vis, & non pa-
 tiendo, quod non vis, AETERNE,
 absque principio, & fine, cui quod est esse
 perpetuum est, initio carens, & nullo clau-
 sum fine; DEVS verè, qui cuncta PER
 CHRISTVM DOMINVM NO-
 STRVM, qui nos pretioso c sanguine
 suo emit, & redemit, creasti & fecisti, ac
 vis etiam prouidentia conuenienti procurari,
 qui est & d aduocatus, & propitiatio pro
 peccatis nostris, & exauditur in omnibus
 e pro sua reuerentia, & ideo per eum qua-
 si per mediatorem laudes efferimus tuæ ma-
 iestati: per eum quasi per aduocatum gra-
 tias exhibemus: PER QUEM non so-
 lum Ecclesia hominum in terris, sed etiam
 Angelorum Ecclesia in cælis MAIESTA-
 TEM TVAM in cælo & in terra timen-
 dam

a Ps. 33.

b Ps. 15.

c 1. Pet. c. 1

d 1. Ioan.
cap. 2.e ad Hebr.
cap. 5.

dam, venerandam; LAVDANT sine
 fine, & absque fatigatione ANGELI,
 qui te, vt conditorem, & dominum recogno-
 scunt, ac vt talem cum ipsis ADORANT
 adoratione patriæ, quæ omnium est maxi-
 ma, & soli tuæ debita diuinitati; DOMI-
 NATIONES, quibus cætera ad obe-
 diendum subiecta sunt; & adhuc TRE-
 MVNT, contremiscunt, & pauent, li-
 cet non timorè penali, aut formidinis, cum
 sint perfecta fruentes beatitudine, sed ad-
 mirationis affectu, vel obedientiæ famulatu,
 POTESSTATES, illæ à quibus refre-
 nantur aduersæ virtutes, ne corda hominum
 tantùm tentare præualeant, quantum volunt;
 sed quia longum esset in ista gratiarum a-
 ctione totos Angelorum ordines singillatim
 ponere, COELI ipsi corporei, a qui
 sui gloriam enarrant creatoris, & licet voce
 careant, nec animam habeant, sua nihilo-
 minus magnitudine, pulchritudine, situ, na-
 tura, vtilitate, ministerio, & similibus, qui-
 bus spectatorum animos in admirationem
 ducunt. laudem sui celebrant factoris, COE-
 LORVMQVE ipsorum VIRTUTES,
 & spiritus omnes, sed præcipuè BEATIA
 SERAPHIM, quæ quanto subtilius cla-
 riratem diuinitatis aspiciunt, eò validius in
 eius amore flamescunt, SOCIAM, iuncta
 & concordia deuotione, ac deniq. EXVL-
 TA-

a Eutbym.
 in ps. 8. &
 148.

TATIONE, & lætitia inenarrabili maiestatem infinitam tuam CONCELEBRANT, ipsa admiratione intimæ contemplationis, quæ Angelorum est vox, & laudatio. CVM QVIBVS Angelicis spiritibus, vt nouem Angelorum ordinibus in diuinarum laudum celebratione ordo decimus conditionis humanæ annexus sit, & vt fiat vna ciuitas sub vno Rege, & vna prouincia sub vno Imperatore, ET simul NOSTRAS VOCES, quas iustum est proferamus, non in sono oris tantum, sed in desiderio cordis, Vt sic ADMITTI & intromitti cum Angelicis vocibus, IUBEAS, vt sic sancta Ecclesia, quæ illis socianda est in cælo, & cum illis in tuis laudibus perpetuò permansura, iam nunc cum eisdem admittatur, & misceatur. Id tamen clementissime Pater DEPRECAMVR non superba præsumptione, sed SUPPLICI, ac humili CONFESIONE, desiderantes maiestatem tuam credi, & confiteri in mundo, sicut ab Angelis videtur, & laudatur in cælis: ac proinde hic persistimus in laude tua DICENTES, SANCTVS, SANCTVS, SANCTVS, vt ipsi dicunt in cælo.

6. Quis primus ordinauerit Præfationem sibi ignotum esse fatetur Vualfridus Strabo. Sed illius Gelasium Papam I. auctorem

a de reb.
Eccl. c. 22.

a c. 50. in
vita Gela-
sii 1.
 b *de diuin.*
offic. c. de
cel. Missa.
c in orat.
Domini.
 d *lib. 8.*
cōst. Apost.
cap. 12.
 e *in sum.*
Eccles. di-
scipl. verbo
Præfatio.
f lib. 2. de
rit. Eccles.
e. 30. n. 1.
 g *in biblio*
thec. Eccl.
tom. 1. par.
2. c. 12.
 h *de can.*
obser. pro-
pos. 23.
 i *lib. 2. de*
diu offic.
cap. 21.
 l *lib. 2. de*
Miss. c. 61.

esse, & vulgo creditur, & a Pontificale, ac b Alcuinus, & alij bonæ notæ auctores tradunt. Id quod si de omnibus Præfationibus accipiatur, falsum credo; cum præfationis huius extet memoria apud c sanctum Cyprianum: imo & sensus & multa verba, apud S. d Clementem Romanum, & alios Gelasio antiquiores, vt notarūt e Petrus Chrespetius, & f Ioan. Stephanus Durantus. Quare verò conformius iudico, aut Præfationem, vt ait g Cornelius Scultingius primam institutionem, & usum ex Apostolica traditione ad nos peruenisse, & Præfationem communem, vel saltem illius formam, qua Romana Ecclesia nunc vtitur, desumptam esse à Gelasio ex liturgia Apostolorum: aut quod ex auctoritate Gemmæ scripsit h Radulphus: ab Apostolis nimirum Præfationem habuisse initium, & S. Dionysium Areopagitam auctorem. Verùm adhuc credo Gelasium I. vel aliqua in Præfationibus mutasse, vti importare videntur illa i Ruperi, & l Innocentij III. verba: Gelasius Papa sacramentorum præfationes cautò quidem, & elimato sermone dictauit; vel aliquas Præfationes addidisse, & forsan illas nouem de natali Domini, de Epiphania, de Quadragesima, de Cruce, de Pascha, de Ascensione, de Pentecoste, de Trinitate, & de Apostolis, quas non Gelasius, vt vult

Gratianus

a Gratianus, sed b Pelagius II. vt dicunt
 c Bruchardus, & d Petrus Chrespetius, in-
 terrogatus ab Episcopis Germaniæ, & Gal-
 liæ, quanam essent, & quot authenticę præ-
 fationes; respondit retinendas esse, quia
 illas longa retrò veritas in Romana Ecclesia
 conseruauit: His Vrbanus II. teste e Gra-
 tiano, decimam quæ est de Beata semperq.
 Virgine Maria addidit.

7. Nec dictis aduersatur, plures (pro
 singulis ferè diebus) esse præfationes in sa-
 cramentario S. Gregorij Papæ, Pelagij II.
 successoris. Nam vel libro illi, vt dicunt
 f Vualfridus, g Angelus Rocca, & alij, ab
 aliquibus minus diligentibus, post Grego-
 rium fuere multa superaddita; vel in sua epi-
 stola Pelagius, vt dicit h Ioannes Azor glos-
 fando dictum Hostiensis, solum docet reli-
 quas, ab illis nouem, præfationes non esse
 iure communi approbatas: sicut approban-
 tur numeratæ superius, in quibus pro festo-
 rum celebritate, aut temporis qualitate,
 ex festi aut temporis materia, ad maiorem
 deuotionis excitationem, & copiosorem
 exauditionem communi præfationi inse-
 runtur, vel adducentur, aut mutantur ali-
 qua.

8. Vt autem opus verbis respondeat non
 ex institutione S. Sixti Papæ 1. vti dicunt
 i Amalarius, l Micrologus, m Ruperus,

Innocentius

a can. in-
 uenimus
 de consecr
 dist. 1.

b epist. 9.
 decret.

c in decre.
 l. 3. c. 69.

d ubi sup.

e can. san-
 ctorum
 dist. 70.

f de rebus
 Eccles. c. 22
 g in præ-
 bulo ad
 scolias sa-
 cram. Gre-
 gor.

h tom. 1. l.
 10. cap. 34
 dub. 11.

i libr. 3. de
 Eccl. offic.
 cap. 21.

l de Eccl.
 obser. c. 11.

m lib. 1. de
 diu. offic.

cap. 21.

a *libr. 2. de*
Miss. c. 61.
 b *to. 1. Cō-*
cil. in. not.
 c *ad vitam*
Sixti 1.
 d *l. 18 hist.*
cap. 51.
 e *libr. 2. de*
rit. Ecclef.
c. 3 r. n. 27.
 f *liturgia*
S. Iacobi &
S. Marci.
 g *Isais. 6.*
 h *libr. 1. de*
Spīr. san-
cto c. 18.
 i *libr. 3. de*
Spīr. san-
cto contra
Eanom.
 k *Ancho-*
rato.
 l *in cap. 6*
Isais.
 m *in Sym-*
bolo fidei.

a Innocentius III. & alij permulti: (esto Sixtus, vt notauit b Binius, vt sanctius ab hominibus custodiretur Apostolica auctoritate cōformarit) sed ex Apostolica traditio- vt dixit c Nicephorus, & probat d Du- rantus, & constant ex e liturgijs ipsorum Apostolorum, præsertim ex liturgia S. Iacobi in qua de verbo ad verbum habetur, com- munis illa Angelorum, & hominum adoran- dæ Trinitatis laudatio, *Sanctus, sanctus, sanctus*, &c. Post Præfationem in Missa sequitur, partim desumpta ex hymno An- gelorum, quem se audiuisse f Isaias narrat: partim verò ex cantico Hebræorum, Chri- sto Domino, vt ait g Matthæus, cecine- runt in die Palmarum.

9. In hac laudatione reduplicatur vox, *Sanctus*, dicunt h S. Ambrosius, i S. Ba- silius, k S. Epiphanius, l Procopius Ga- zæus, & Patres communiter; propter Tri- nitatem diuinarum personarum, & subditur in singulari Dominus propter vnitatem es- sentia: in omnibus tribus personis repertam. Licet enim sanctus sit Pater, sanctus sit Fi- lius, sanctus sit Spiritus sanctus: non tamen tres sunt sancti, sed vnus est sanctus, sicut & vnus Dominus, vnus Deus, vnus increa- tus, & vnus immensus; vt docet n sanctus Athanasius, & tenet fides Catholica: Atta- men quia nostrum laudate Deum, ad hoc tendit

tendit, vt & Deum dignum esse laudari appareat; & nos ex tali ministerio utilitatem accipere manifestemus: additur deuota supplicatio, *Hosanna*, in qua precamur Deum vt nos saluet. Nam vox *Hosanna*, sicut ex auctoritate Remigij dicitur a Gabriel, componitur à verbo *Hosi*, quod est salua, & à voce, *anna*, quæ est aduerbium, vel interiectio precandi. Aut secundum b Nicolaum de Lyra, & alios componitur à verbo, *hossa*, quod protegere significat, & à nomine, *anna*, quod idem est ac gratiofus, aut donans, siue pius, vel misericors. Duplicatur autem vox, *Hosanna*, addit c Gabriel, vel propter duplicem stolam, seu gloriam, corporis videlicet & animæ in cælis nobis promissam: vel vt petamus à Deo quod nos saluet à duplici miseria; à miseria nimirum culpæ, per gratiam; & à miseria poenæ per gloriam. Ideoque interponimus versum illum, *Benedictus qui venit*, &c. quo, vt notauit d Durandus, gratias agimus de beneficio Redemptionis. Ad cuius maiorem expressionem, tunc se sacerdos signo crucis munit: quia Christus Dominus & per crucem triumphauit, & nos per crucem triumphare fecit. Quæ omnia ex ipsius hymni gloria Dei declaratione, quæ talis est, melius percipientur.

10. Deprecati sumus æterne Deus, vt
cum

a lect. 19.
in canon.

Missæ.
b in differētis scriptura sacra.

c ubi sup.

d in rat.
l. 4. cap. 34.
num. 7.

e Flor. Magister in
exp. Missæ,
& Remig.
de cel. Missæ.

cum Angelicis vocibus nostras etiam quamuis indignas, admitteres deprecationes. Et cum a nihil pretiosius inueniamus, quò te prædicare possimus, nisi vt sanctum appellemus. Quia b id non humano arbitrio, sed vtriusque scripturæ, veteris in seraphicis illis c Isaia spiritibus, & nouæ in mysticis illis d Ioannis animalibus, auctoritate habemus. Hinc e vt Deum verum, vnum in Trinitate, & Trinitatem in vnitatem adoremus. **SANCTVS, SANCTVS, SANCTVS**, clamamus. f Non semel, ne quis singularitatem credat, non bis ne spiritum excludat; non sancti, ne pluralitatem existimet; sed **SANCTVS** repetimus, ter **SANCTVS** dicimus, vt cum distinctione Trinitatis, diuinitatis vnitatem omnes intelligant. **SANCTVS, SANCTVS, SANCTVS**, quia tam g dulcis, & desiderabilis vox est, vt etiam si die, noctuque possit dici, fastidium non poterit generare. **SANCTVS, SANCTVS, SANCTVS**, quia sanctus est Pater, sanctus est Filius, sanctus est spiritus sanctus: non quidem h sanctificatus, sed sanctificans: eadem in Patre, filio, & spiritu sancto sit essentialis, & infinita sanctitas, eadem essentia, eadem Deitas, eadem gloria, eadem dominatio, idem imperium; ratione cuius, i non Domini, **Dij**, sed **DOMINVS** supremus

a S. Ambr.
libr. 3. de
Spir. san-
cto c. 18.

b Florus;
& Remig.
vbi supr.
c Isai. 6.

d Apoc. c. 4
e Eccles. in
inuitator.
offic. Trin.
f S. Ambr.
vbi supr.

g Concil.
Vassense
1. c. 2.

h Durand.
in rat. l. 4.
c. 39. n. 3. 4
i Durant.
l. 2. de rit.
Eccles. ca.
31. n. 30.

supremus, verusque, & vnus est ipsa Trinitas **DEVS SABAOTH**, hoc est a militiarum, siue exercituum atque virtutum, quia omnis militia celestis exercitus, omnes supremæ virtutes, atque Angelicæ potestates, quæ non labore, sed imperio contra aereas potestates concertare nouimus, tuo imperio subiacent, tuæ seruiunt voluntati. Ita namque infinitæ es potestatis, ac virtutis, quòd **PLENI**, & plus quam pleni **SUNT**, nedum **b** Angeli celestes ciues, ac pro tanto **COELI** nominati, **ET** homines de terra creati, ac proinde **TERRA** dicti, gratia diuina repleti; sed **c** **COELI** ipsi corporei, **ET TERRA** hæc quam pedibus calcamus redundauit **GLORIA TVA**, **d** quæ cælum & terram implet; cum taliter sis vbique **e** vt sis in mundo non inclusus, extra mundum non exclusus, supra mundum non elatus, & infra mundum non depressus. Cum taliter sis vbique, vt per te omnia subsistant, f omnia in te uiuant, in te omnia moueantur, & omnia in te sint, ac tuo omnia indigeant adiutorio. Vnde ad te confugimus dicentes, **HOSANNA**, hoc est, **g** salus esto nostra non solum in terra, sed & **IN EXCELSIS**, **h** vt iusti ædificentur in ruinam Angelorum, & impleatur numero, qui cadente Sathana erat minoratus. Sed

a S. Hier.
epist. 142.
quæ est ad
Damasum

b Durand.
in rat. l. 4.
c. 34. n. 5.

c Innoc III
l. 2. Miss.
cap. ult. m.
d Hierem.
cap. 24.

e Compèd.
Thol. lib.
I. c. 17.

f Actior. 17

g Remig.
& Flor. lo-
co cit.

h Gloss. or-
din. in cap.
II. Marci.

a S. Athan.
in Symb.

b Landul.
in vita
Christi

p. 2. c. 27.
c ad Phil.
cap. 2.
d ad Rom.
cap. 8.

e Landul.
ubi sup.

f Nicol. de
Lyra in c.
21 Matth.
g Lucæ c.
19.

h Stella
in cap. 19
Luca.

i ad Colof.
cap. 1.

quia a necessarium est ad æternam salutem, ac per consequens ad hæc, quæ poscimus consequenda, Incarnationem quoque Domini nostri Iesu Christi credere, ac confiteri, quia in hoc etiam te Deus omnipotens magnificamus; **BENEDICTVS**, b & gloriosus sit, **QVI** cum in c formam Dei esset, & ab omni peccato singulariter immunis, vt & nos immunes faceret, **VENIT** à te æterno Patre missus, per carnis assumptionem, in d similitudinem carnis peccati, vt hominum peccata deleret; **IN NOMINE DOMINI**, hoc est, in tuo nomine, e ad te glorificandum in omnibus operibus suis, non suam, sed tuam gloriam, nostramque salutem quærendo, per quem Pater æterne, **HOSANNA**, salua obsecramus, **IN EXCELSIS**, f salutem celestem, & æternam nobis donando, g vt pax sit in cælo, & gloria in excelsis, h hominibus reconciliatis cum Deo, & Angelis per merita illius, qui i per sanguinem Crucis eius pacificauit, siue quæ in terris sunt, siue quæ in cælis.

II. In Missis autem solemnibus cum sacerdos finit laudem, siue Præfationem, totus Chorus, qui Ecclesiam repræsentat, simul canit dictum Angelicum hymnum: vel quia in hoc repræsentatur solemnis illa & gloriosa Domini susceptio, quando sicut

ex ^a Euangelistis habemus ; turbæ strauerunt vestimenta sua in via ; alij autem cædebant ramos de arboribus , & sternebant in via : turbæ autem quæ præcedebant , & quæ sequebantur clamabant : (aliquibus huius hymni verbis) dicentes : Hosanna filio David , benedictus qui venit in nomine Domini ; Hosanna in altissimis . Vel , vt ait ^b Durandus , vt vna & æqualis gloria , laus , & honor decantetur Patri , Filio , & sancto Spiritui ab omnibus .

a *Matt. 21*b *in rat. l.*

4. c. 34. n. 1

12. Finito Trifagio peruenitur ad principalem Missæ partem ; quæ varijs nominibus à Patribus nuncupatur , cum aliquando *Canon* , aliquando *Legittimum* , aliquando *Secreta* , aliquando *Actio* , & aliquando *Sacrificium* nominetur . Dicitur primò *Canon* , hoc est institutio , vel regula , eò quòd , vt dicunt ^c Vualfridus , & ^d Micrologus , in eo est legitima , & regularis sacramenti Eucharistiæ confectio , à Christo Domino quoad substantialia ; & ab Apostolis , & Romanis Pontificibus , quoad laudes Dei & orationes , quæ pro populo fiunt (vt dicemus) ordinata : ob quam eandem rationem , vt ex ^e Optato Mileuitano colligit ^f Durantus , dicitur etiam *Legittimum* .

13. Dicitur etiam *Secreta* , aut quia , vt ait ^g Gabriel secretissima Fidei significat mysteria , quales sunt operationes illæ ,

c *De reb.*

Eccl. c. 22.

d *de Eccl.*

obseru. c. 12.

e *l. 2. cont.*

Parmen.

f *libr. 2. de*

rit. Eccles.

c. 32. n. 2.

g *lect. 15.*

in canon.

Missæ.

omni intellectui creato incomprehensibiles, quibus hoc conficitur Sacramentum media substantiarum conuersione: aut quia secreto à sacerdote dicitur vel ad significandum, vt vult a Innocentius III. id quod post narrationem supradictæ honorificæ susceptionis profequitur b Euangelista Ioannes, nimirum Dominum Iesum, postquam fuit cum palmis, & laudibus à turbis receptus, abijisse & abscondisse se ab eis; non utique trepidantis formidine, sed dispensationis officio; quia nondum venerat hora eius, quæ postquam aduenit, spontaneus ad passionem accessit, oblati, quia ipse voluit: vel ad denotandam reuerentiam, & deuotionem, qua sequenti tractanda sunt, vt vult c Hugo à sancto Victore, nam per quotidianum usum solent verba vilescere, & vt d sanctus Basilius, & post ipsum Cardin. docet e Bellarminus; arcanorum & maximè sacrorum, veneratio silentio conseruatur. Imò in ordine ad verba canonis, id sibi placere, miraculo Deus omnipotens ostendit; percutiens (teste Alcuino) diuina potentia pastores quosdam, qui per usum verba canonis retinentes, in agro ea decantabant. Deinde, vt f Innocentius III. addit, celsante verborum tumultu, sola dirigitur ad Deum intenta deuotio; & sacerdos maiori cordis deuotione fertur in Deum, qui non tam clamorem

a *libr. 3. de Missa c. 1.*

b *Ioan. 12.*

c *in spec.*

Eccles. c. 7.

d *libr. de Spir. sancto ad Amphiloc. c. 27*

e *libr. 1. de Missa c. 12*

vide *Sophonium in prato spiritus sancti c. 196.*

f *de diuin. offic. c. de cel. Missa.*

g *libr. 3. de Missa c. 1.*

clamorem vocis, quam mentis ac cordis attentionem considerat.

14. Dicitur *Actio*, auctore a Strabone, quia in ipsa sacratissimum Christi Domini mysterium peragitur. Vel quia in ipsa agitur nostra causa coram summo Iudice per sacerdotem, tanquam per intermedium nuntium, inter sponsum, & sponsam, inter Christum Dominum & Ecclesiam. Deducit enim causam Ecclesiæ, & median- tibus orationibus, & sacrificijs impetrat ei à Domino Christo, nunc conuersionem peccatorum, nunc conseruationem iustorum, nunc custodiam Angelorum, nunc refrenationem tentationis, nunc liberationem purgandarum animarum, nunc alia demum multa.

15. Dicitur denique *Sacrificium*, quia in ea offertur omnipotenti Deo summum, summèque placabile sacrificium, vnigenitus scilicet Filius eius, & Saluator noster Christus Iesus, sub aliena, & sacramentali specie occultatus. Ita b S. Andreas Apostolus, & omnes Patres, ac Doctores Catholici, vt doctè, & latè probat c Bellarminus.

16. Primus Canonis auctor haud est omnibus cognitus: nam d Vualfridus, sicut de Præfationis auctore diximus, si quis fuerit, ignorare fatetur: & communior opinio

fundata

a de reb.
Eccles. c. 22.

b Breuiar.
Roman. in
eius offic.

c lib. 1. de
Missæ per
plura ca-
pita &

præsertim
cap. 15.

d de reb.
Eccles. c. 22.

22.

fundata in auctoritate magni illius Gregorij I. tenet Scolasticum quendam Gregorio antiquiorem (quem quidam hominem sic nominatum, quidam Gelasium Papam, quidam Musæum Masiliensem, & quidam alium alium interpretantur) Canonis extitisse auctorem . Sed reuera cum locus sancti Gregorij, vt probat a Durantus, & facile, & sufficienter explicetur de sola illa oratione, quæ Incipit, *Per quem hac omnia*; absque hoc quod totum Canonem Scholastico illi tribuamus: & cum b Vigilii Papa, qui per aliquot annos Gregorium I. præcessit, scriptum expressè reliquerit, Canonem haberi ex Apostolica traditione, vt colligitur manifestè ex Clemente Romano, Dionysio Areopagita, Cypriano, Ambrosio, Augustino, aliisque antiquissimis Patribus, qui verba Canonis declararunt, vt videbimus. Non est cur de hoc dubitemus, nec cur formidemus asserere, Canonem haberi in Ecclesia ex Apostolica traditione: etiamsi in illo per Romanos Pontifices (qui ad hoc auctoritatem habent) aliqua quamuis pauca, quantum ad preces, non quantum ad essentialia fuerint addita, vt proprijs in locis notabimus, & iam notarunt c Vualfridus, d Micrologus, & e Bellarminus.

17. Diuina factum est prouidentia (dicunt

a *libr. 2. de ritib. Eccl. c. 32. n. 6.*

b *Epist. 2. qua est ad Eutheriū.*

c *De reb. Eccl. c. 22.*
 d *de Eccl. obser. c. 12*
 e *lib. 1. de Missa c. 20.*

cunt a Innocentius III. & b Gabriel) licet humana sit industria procuratum, vt hu-
 ius tam principalis partis prima littera sit,

a *libr. 3. de*
Missæ c. 2.
 b *le. 20,*
in canon.
Missæ.

T

Crucis formam habens; ad cuius mysterij
 intelligentiam inquire cum c Baronio, que-
 nam causa fuit, vt Pilatus Christum à Iudæis
 vt blasphemum à Iudæis damnatum in cru-
 cem adigendum statueret? Nam si eorum
 lege agenda res erat lapidationi erat subji-
 ciendus. Si iure Romanorum famosis la-
 tronibus eiusmodi supplicium debebatur.
 T enim littera, quod crucis figuram ex-
 primat, notari consueuisse fures apud
 e Lucianum testatum habetur. Erat & apud
 Iudæos crux in vsu; sed ea poena afficieban-
 tur homicide, vt f Philo tradidit. Ex his
 intelliges Christum Dominum agnum im-
 maculatum ab iniquis Iudæis, vt furem &
 homicidam inter latrones crucifixum; imò
 intelliges supplicium crucis quod Barrabæ du-
 plici ex causa debebatur, g tum vt latroni,
 h tum quia homicidium fecerat in seditione
 iniuste prorsus irrogatum esse Domino no-
 stro Iesu Christo loco illius. Vnde Iudæi nun-
 quam antea aduersus christum, vt crucifi-
 geretur, clamarunt, quàm cum optionem
 dedit

c *anno 34.*
 n. 92.

d *Leu. 24.*

e *dialog.*
iud. voc.
 f *libr. de*
spec. lege.

g *Ioan. 18.*
 h *Marc. 15*
 & *Luc. 23*

a *Gen. 3.*b *lib. 2. hi-*
*stor. c. 29.*c *lib. 5. hi-*
*stor. c. 17.*d *in addit.*aa *Orum*
Apollinem
de sacr.

notis.

e *Exod. 12*
*& Aug.*f *Ezech. 9.*g *Apocal.*
*7. & ibi**Lyra.*h *Numer.*
21.

dedit illis Pilatus, vt alterum de duobus, quem vellent, Iesum, vel Barrabam peterent, sed hæc diuina quadam dispensatione agebantur: eò quòd propter homicidas, ac latrones illos, qui proprias animas peccatis occidunt, & ad Dei a equalitatem vel similitudinem rapina ascendere contendunt, crucis mortem subibat, & etiam, quia tam apud Iudeos, quàm apud Gentiles crucis figuram fuit salutis insigne, nam apud Aegyptios istud ipsum crucis signum significasse vitam b Ruffinus, c Socrates, & d alij complures scripserunt, & hoc ipso signo in populo Dei signati sunt, qui ab Angelo percutintè sunt liberati, e in Aegypto, super vtrumque postem, & insuper liminibus domorum, & in f Hierusalem super frontes virorum, & g electi serui Dei in frontibus eorum, antequam nocumenta inferentur terræ & mari. In huius figure ligno & Christus Dominus pro nostra salute fuit positus: & h Moyses suspendit serpentem eneam in deserto, vt aspicientes illum sanarentur à morsibus venatorum serpentum. Et ponitur in Canonis initio, vt tali figura recorderetur celebrans Dominicę passionis, cuius præcipua commemoratio fit in hac Misse parte, vt tali memoria intus signatus, sit ab Angelo exterminatore securus, ac à virulento serpente, ne veneno prauarum cogitatio-

num

num mentem eius inficiat, & vitam spiritua-
lem, quam hoc sacrificium præstare sufficit,
tollat aduersarius. Continuetur verò finis
diuinæ laudis cum prima oratione Canonis,
quam, vt ex aliorum auctoritate dicit R-
dolphus, composuit sanctus Clemens Roma-
nus sic.

a *da can.*
obser. pro-
pos. ult.

18. T E I G I T V R, b quem per Ie-
sum Christum Filium tuum laudant Angeli,
& coelestes Spiritus, quem & nos cum ipsis,
vt laudare possimus deprecamur, quia san-
ctus es Dominus, & Dens Sabaoth, CLE-
MENTISSIME PATER, c cuius
erga nos peccatores tanta extat clementia,
& misericordia, quòd nos, vt Pater amas,
vt & nos, vt filij ad te clamamus, P E R
C H R I S T V M D O M I N V M N O-
S T R V M, d per quem, cum essemus
mortui peccatis, nos conuiuificasti, & per
quem nobis semper spiritualia & æterna do-
na concedis; S V P P L I C E S, & pro-
priam indignitatem recognoscetes; ac proin-
de e in mediatoris nostri, f Sacerdotis æ-
terni, & g Filij ac Christi tui tantummodò
innixi, te vt Dominum h humiliter R O-
G A M V S affectu mentis: ac vt Patri con-
fidenter, P E T I M V S expressione vocis,
vt quòd nostræ humilitatis geritur ministe-
rio, taliter tuæ virtutis impleatur effectu,
V T I A C C E P T A, & ita beneplacita.

b Odo Ca-
mer. in
can. Missæ
dist. 1. &
Stephan.
Eduens. de
sacr. altar.
cap. 13.
c Florus in
expof. M. s.
sa.

d Ad Eph.
2.

e 1. ad Ti-
mo b 2.

f ad Heb.
5-

g Pf. 2.

h Odo Ca-
mer. &
Steph t d.

ibid.

ista sacrificia H A B E A S per tuam clementiam, vt offensus culpis nostris eorum oblatione nobis efficiaris placatus; ET iam placatus B E N E D I C A S nostra oblata, a vt tua benedictione diuino sint idonea Sacramento, H A E C D O N A, à tua liberalitate nobis concessa, H A E C M V N E R A, à nobis piè percepta, & iterum maiestati tuæ oblata; (cum b donum sit, quod à superiori datur, & munus quod ab inferiori) H A E C S A N C T A S A C R I F I C I A, à nobis tibi clementissimo Patri oblata, ratione significationis, & applicationis diuino vsui I L L I B A T A, c quia sine macula cordis, & corporis offerri debent, vt grata, & placida sint tibi æterno Patri, & idonea sacrificia pro nostris peccatis offerenda.

19. Sed dum hæc profert Sacerdos, & se inclinans osculatur altare, & tribus crucibus hostiam & calicem coniunctim signat in illis verbis: hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia. In inclinatione & osculo secundum d Durandum repræsentat Sacerdos tum humilitatem, & promptitudinem Christi Domini ad Passionem, tum ipsius Sacerdotis ad mysterium crucis, quod iam proprius commemorat reuerentiam; per hoc compati se ostendens. quæ signationes verò, vt notarunt e S. Thomas, f Gabriel, Durantus,

a *Gabriel*
leff. 21. in
Can. Miss.

b *Stephan.*
Eduens. de
sacr. altar.
cap. 13. &
Rupert. 1.
2. de diu.
offic. c. 6.
c *Iren. l. 4.*
cap. 34. &
Innoc. III.
l. 3. de Mis.
cap. 5.

d *in rat. l.*
4. c. 36. n. 5
& 6.
e *3. p. q. 83.*
ar. 5. ad 3.
f *leff. 21.*
in canon.
Missæ.

a Durantus, & alij non fiunt tantùm ad sanctificandum, & consecrandum oblata: alioquin post consecrationem non fierent; sed fiunt primò, ad sanctificandum oblata; secundò, vt sanctificemur virtute huius sacramenti, & tertio, vt illis repræsentetur Dominica passio. Est enim sacrificium hoc perfectissimum passionis Dominicæ memoriale, vt canit Ecclesia. b Et cum Christus Dominus passus fuerit in cruce, conuenienter per crucis signum eius passio repræsentatur. Verùm enim verò cum aliqua in Christi Domini passione (vt ipsi notant c Doctores) crucifixionem præcesserint, aliqua autem in ipsa fuerint cruce consummata: illa quæ crucifixionem præcesserunt, per signationes ante consecrationem factas repræsentantur; illa verò quæ in cruce, vel post crucem sunt acta, per signationes indicantur, quæ post consecrationes fiunt.

20. Sed cum de alijs proprijs in locis dicendum sit, istas tres cruces de quibus modo est sermo, dicunt cum supranotatis doctoribus d Innocentius III. & e Durandus, significare tria genera personarum, à quibus Christus Dominus fuit ad mortem traditus. Primo enim traditus fuit à tota Trinitate sanctissima; à Patre, f qui proprio filio suo non pepercit; sed pro omnibus nobis tradidit illum: à se ipso filio, g qui seipsum

a *libr. 3. de ritib. Eccl. c. 33. n. 6.*

b *In offic. Euchar.*

c *loc. cit.*

d *libr. 3. de Missa c. 3. e In rat. l. 4. cap. 36. n. 7. & 8.*

f *ad Rom. 8. g ad Eph. 5*

a *Ioan. 10.* tradidit pro Ecclesia, & a pro nobis posuit animam suam voluntate & non violentia; b *Is. 53.* cum oblatus fuerit quia ipse voluit, & c *Ioan. 10.* nemo tulerit animam ab ipso, sed ipse posuerit eam à semetipso: Et à Spiritu sancto, d *Ioan. 11.* qui per os Cayphæ prophetizando dixit, d Expedi, ut vnus moriatur pro populo, & non tota gens pereat. Traditus est secundò à Iuda proditore, sicuti ipsemet Dominus e *Luc. 22.* christus ostendit, cum dixit; e Iuda osculo filium hominis tradis. Et tandem terriò f *Matt. 27.* fuit traditus à Iudeis, qui f tradiderunt eum Pontio Pilato Præsidi.

21. Prima traditio fuit facta ex charitate, ut ipse christus Dominus apud g *Ioan. 3.* g Ioannem manifestauit dicens, Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum vnigenitum daret; & significatur in prima cruce, & illis verbis, *Hæc dona*. Secunda traditio fuit facta ex auaritia, uti declarant illa proditoris verba, h *Matt. 26.* h Quid mihi vultis dare, & ego vobis eum tradam: & significatur in secunda cruce, & illis verbis, *Hæc munera*. Tertia traditio fuit facta ex inuidia, sicut sonant illa verba i *Matt. 27.* i Matthæi de Pilato loquentis, Sciebat quod per inuidiam tradidissent eum: & significatur in tertia cruce, & illis verbis, *Hæc sancta sacrificia*. Deus itaque tradidit Christum ad mortem ex dono, Iudas pro munere, & Iudæi ex inuidia palliata titulo illo, ne

tota

a tota gens periret, in sacrificium illibatum; quod tamen non ipsi, sed gentes libauerunt. Nam oblatum est ab eis regnum Dei, & datum fuit genti facienti fructus eius, quemadmodum b Christus Dominus eis prædixerat.

22. Reddit deinde Sacerdos, vt notauit c Alcuinus, causam ob quam, & pro quibus offerat ista sacrificia, & seruando, vt ait d Gabriel ordinem charitatis, secundum, quem, iuxta Apostoli præceptum, e oportet offerri primò pro Ecclesia tota; deinde pro principibus, & pro his, qui in dignitate sunt constituti; & tandem pro personis singularibus; eò quòd bonum commune, priuato, & particulari sit proponendum: stando adhuc in lege naturæ, vt f Aristoteles probat; sic sacerdos prosequitur.

23. IN PRIMIS, g hoc est, principaliter rogamus accipias munera, QVAE ad charitatis ordinem attendendo, TIBI clementissimo Patri OFFERIMVS, ex tua ordinatione, & mandato, PRO ECCLESIA ista militanti; cui iustum est succurras; primò, quia est TVA, h & grandis est prærogatiua, vt aliquis operibus & beneficijs faueat suis, nec meritum expectet alienum. Secundò, quia est SANCTA, hoc est i tuo vero & sancto cultui dicata; Et tertio, quia est CATHOLICA,

hoc

a Ioan. 11.

b Matt. 21

c de diuin.

offic. c. de

cel. Missæ.

d leet. 22.

in canon.

Missæ.

e 1. ad Ti-

moth. 2.

f libr 1. E-

thicor.

g Rem. de

celeb. Missæ.

h S. Ambr.

serm. 10. in

ps. 118.

i Gabriel

leet. 22. in

can. Missæ.

a Clem.
Rom. 1.8.
const. Apo-
stol. c. 12.
b 1. Pet. 5.

hoc est, toto Orbe diffusa, a & à finibus
vsque ad fines propagata, atque adeò indi-
gens adiutorio; maximè b cum aduersa-
rius noster diabolus, tanquam leo rugiens
circumeat quærens quem deuoret. Et ideo
petimus, vt istam Ecclesiam, quam tuam,
Sanctam, & Catholicam confitemur, pri-
mò PACIFICARE ab hostibus c vi-
sibilibus, & inuisibilibus, ita vt neque ab
hominum persecutionibus conculcetur; nec
instinctu dæmonum criminibus polluatur:
deinde CUSTODIRE, & in ipsa insu-
per pace ADVNARE, ne d schif-
matibus vllis, aut hæresibus diuidatur, sed
in vnitæte sacramentorum Catholicæ fidei
in omnibus, etiam si inter paganos, & per-
fidios dispersa sit, tota adunetur Ecclesia,
quam tandem R E G E R E, nedum
e in prosperis & aduersis, sed in doctrina
etiam, ita vt in suis Concilijs, & dispositio-
nibus nullo decipiatur errore, sed in omni-
bus tuo ducatur moderamine: quæ omnia
facere DIGNERIS tua bonitate, non
nostris meritis, vt f non nobis sed nomini
tuo detur gloria TOTO ORBE TER-
RARVM, in quo toto est hæc tua dilata-
ta Ecclesia.

c Odo Ca-
mer. in ex-
pos. can.
dist. 1. &
Steph Ed.
de sacram.
Altar.
d Flor. Ma-
gister in
expos Mis-
sa.

e Innoc. 3.
l. 3. de Mis-
sa c. 5.

f Ps. 113.

g Odo Ca-
mer. loc. c.

24. Tamen quia oportet, g de toto de-
scendere ad partes; ad maiorem exauditio-
nem, & affectus declarationem; postquam

fic

sic in genere pro tota Ecclesia , vt collecta ,
 & adunata orauit Sacerdos : orat deinde
 pro ipsius Ecclesiæ rectoribus generalibus ,
 & particularibus ; spiritualibus , & corpora-
 libus addens . VNA , hoc est , simul , ac
 pariter deprecamur , vt protegas , & gubernes
 Ecclesiam , CVM FAMVLO , ac
 Vicario TVO Domino , & PAPA NO-
 STRO , pro quo vniuersalis Ecclesia tua ,
 vt pro suo capite ^a orat sine intermissione
 ipsum ^b proprio nomine in omnibus Missis
 nominando , vt ^c ipsius Ecclesiastici corpo-
 ris vnitas fortius commendetur , nam ^d ab
 vniuersi Orbis communione separatur , qui
 qualibet dissestione inter sacra mysteria ,
 Apostolici Pontificis memoriam secundum
 consuetudinem non frequentant . Cum reli-
 gionis cultus sic Dominus noster , & Filius
 tuus Christus instituerit , vt in Beatissimo
 Petro Apostolorum summo principaliter col-
 locaret ; atque ab ipso , quasi quodam capi-
 te , dona sua vellet in corpus omne manare .
 ET simul adhuc in particulari petimus gu-
 bernes Ecclesiam , CVM ANTISTI-
 TE , & pastore NOSTRO , pro quo ,
 vt pro immediato ac proprio , & iustum
 e & debitum est in hac particulariter illius
 curæ commendata Ecclesia nominatim e-
 tiam oremus . ^f Nam sicut vniuersalis Ec-
 clesia propter vnitatem societatis , & pa-
 cis

a Actor. 12

b Conc. I.
Vassense
c. 2. & Cō-
cil. 3. c. 4.

c Alcuin.
de diuin.
offic. c. de
cel. Missæ .
d Innoc. III
ubi sup.

e ex ordi-
nat. Eccle-
siæ , vt con-
stat ex ip-
so Can.

f Alcuin.
de diu. of-
fic. c. de ce-
lebr. Missæ

cis coniungitur commemoratione Apostolici Pontificis, ita: dignum & religiosum est, vt singulae Ecclesiae commemorationem suorum subiungant Antistitum; probantes se per illam orationem seruare cum eis unitatem Spiritus in vinculo pacis. ET insuper, vt cum spiritualibus superioribus temporales coniungamus petimus supradictos conferues simul cum REGE NOSTRO, pro quo, vt pro communi Patre ac defensore, a semper in particulari, & aliquando proprium illius nomen exprimendo tua conuenit deprecari Ecclesia. ET adhuc petimus conferues Ecclesiam cum OMNIBVS ORTHODOXIS alijs, scilicet Papa, Episcopo, & Rege b in dignitate tamen constitutis, c vita & doctrina gloriosis, fama dilatatis in populo merito vitae & doctrinae, d nullo errore deprauatis; rectae fidei confessione te Deum verum glorificantibus; ac proinde tibi aeterno Patri acceptis. ATQVE tandem petimus pacificare, adunare, & regere digneris CATHOLICAE, vniuersalis, ac omnibus traditae, & APOSTOLICAE ac per Apostolos concorditer publicatae, & firmatae FIDEI verae, & infallibilis CVLTORIBVS, hoc est, e studentibus, & intendentibus, secundum ipsam fidem vivere. Nam Haeretici, Schismatici, & infideles

a 1. ad Timoth. 2. & Clem. Roman. l. 8. cōst. Apost. cap. 12. & Durant. l. 2. de ritib. Eccl. c. 33. n. 17.
 b Durant. ebi sup. n. 19.
 c Odo Camer. in Can. Mis. dist. 1. & Elorus in exp. Mis. d Remig. de celebr. Missae.
 e Odo l. c.

les a non sunt digni participatione huius sacrificij.

25. Sed quia adhuc debitum suum non adimpleuit sacerdos, orando pro tota Ecclesia in communi, & pro eius Præpositis in particulari: nam oportet descendere b ab vniuersali parte ad particularem, & c offerre etiam pro suis susceptis. quia cum in hoc ministerio, sit d nuntius Ecclesiæ pro populo ad Deum, & e offerat sacrificium in persona Ecclesiæ, potest illud alicui, vel aliquibus in particulari applicare; vt sonant illa verba sacerdotalis ordinationis; f Accipe potestatem offerendi sacrificij in Deo, Missasque celebrandi, tam pro viuis, quam pro defunctis: intellige secundum ordinem, & modum ab ipsa Ecclesia præscriptum, & sacerdoti concessum. g quia non in destructionem, sed in ædificationem talem accepit potestatem: ideo aliquibus personis, pro quibus tenetur, (aut ex debito, aut ex voluntate) in particulari sacrificium hoc applicando, prosequitur: M E M E N T O, hoc est, h adiuua & miserere i approbando oblationem, & bona conferendo, D O M I N E Deus, & Pater noster, F A M V L O R V M, F A M V L A R V M Q V E T V A R V M, hoc est, omnium vtriusque sexus fidelium, & in particulari talis & talis, pro qui-

Y

bus

a S. Aug.

l. de anima & eius

orig. c. 9.

& S. Tho.

3. p. q. 79.

a. 7 ad 2.

b Odo in can. Missæ dist. 2.

c S. Aug.

ep. 59. q. 5.

d Alcu. de

diu. of. c. de

cap. ieiun.

& Rup. de

diu. offic.

lib. 5. c. 19.

e Pet. Dam.

l. de Dñus

vobiscum

c. 20.

f Pöt. Rom.

in ordin.

presbyt.

g Pöt. Rom.

in consec.

Episc.

h S. Aug. l.

11. conf. in

princ. &

Inno. 3. l. 3.

de Mis. c. 16

i Gabriel

le 7. 25. in

can. Missæ.

bus, vt tua nouit Maieſtas in particulari te-
neor.

26. Poceſt hic ſacerdos, vt notarunt
a Innocentius III. & b Alcuinus, illorum
pro quibus aut tenetur, vt vult hoc in parti-
culari offerre ſacrificium nomine recenſe-
re, quemadmodum ab antiquis obſeruatum
eſt, vti colligitur ex c Innocentio I. in hac
tamen enumeratione, ſicut notauit d Ga-
briel (vt breuitatis cauſa aliorum placita
omittam) debet ſacerdos ordinem ſerua-
re charitatis; ita vt primò ſui ipſius com-
memorationem faciat, ſecundò illius, vel
illorum, pro quibus ſpecialiter celebrat;
tertiò parentum, fratrum, & cognatorum
ſuorum ſpiritualium, & corporalium;
quartò ſuæ curæ ſubiectorum, vt ſpiritu-
alium filiorum; quintò confratrum; ſextò
benefactorum; ſeptimò familiarium ami-
corum, inimicorum, & aliorum ordina-
tè.

27. Tamen ne in tali memoria ita mo-
retur, vt circumſtantibus tœdium, & ſibi
ipſi diſtractionem pariat; & etiam quia om-
ninò perſpicuum non eſt, cui quis & quo-
modo, quibuſque in occaſionibus ſecun-
dum charitatis & obligationis regulam,
ſit præponendus: poterit ſacerdos ante
celebrationem, hoc eſt, antequam ad alta-
re accedat, recolligere, pro quibus velit
ſpecia-

a *ubi ſup.*
b *de diu. of*
fic. c. *de ce-*
lebr. Miſſæ

c *Epist. 1.*
ad Decet.
cap. 2.
d *lect. cit.*

specialiter orare, & in *Memento* precari breuiter poterit, vt ait a Scotus, vt Deus sacrificium acceptet specialiter pro illo, vel pro illis, pro quo, vel pro quibus Deus nouit ipsum offerre debere, & in illo gradu, in quo tenetur pro illo, vel pro illis offerre.

a in quodlibet q. 20. art. 2.

¶ 8. Quod si adhuc circa hoc formulam aliquam desideras, & meliorem non habueris; hæc breui, & compendiosa vti poteris. *Memento Domine famulorum, famularumque tuarum, hoc est, mei & eorum, pro quo, vel pro quibus in particulari sacrificare debeo; parentum, fratrum, sororum, consanguineorum, & amicorum meorum omnium, quibus sui graua men, scandalum, & occasio peccandi, omnium benefactorum meorum in spiritualibus, & temporalibus; omnium mihi commissorum in genere, & in specie, omnium Episcoporum, Sacerdotum, & Ministrorum Ecclesie Catholice; omnium Principum temporalium, cum suis ministris, omnium inimicorum meorum, & omnium fidelium viuentium ad dimissionem culpæ, & largitionem gratiæ, & donorum; omnium hereticorum, schismaticorum, excommunicatorum, & infidelium ad conuersionem; & tandem omnium eorum, pro quibus & vis, & scis me debere orare, & in illo gradu, & pro illis rebus, in quo, & pro quibus*

bus teneor pro illis offerre, & omnium circumstantium.

a *libr. 3. de Missa c. 6.*
 b *libr. 2. de ritib. Eccl. c. 34. n. 5.*
 c *Hom. 26. in Matth.*

29. Hæc vltima verba profert alta voce sacerdos ad excitandum astantium affectum, & etiam vt cognoscamus, sicuti post a Innocentium III. notauit b Durantus, quàm salutare sit omnibus diebus Missarum solemnij interesse, attente, & deuotè siquidem esto Sacerdos, quemadmodum c S. Chrysostomus docet, pro vniuerso Orbe terrarum, pro absentibus atque præsentibus; pro ijs qui ante nos fuerint, pro ijs, qui postea futuri sunt, & pro ijs, qui modò sunt, sacrificium Deo offerat, in particulari offert pro quietè, & attentè circumstantibus, vt sonant sequentia canonis verba, quæ sic explicanda sunt.

d *Odo Camer. in can. Missæ dist. 2.*

30. Pro d omnibus itaque vbique fidelibus, qui in vnitæte corporis Ecclesiæ, sibi inuicem, & Christo Domino summo Capiti adhærent, & pro nostris adhuc susceptis particularius, tibi æterno Patri sacrificium hoc offerimus; sed ob particularem deuotionem; quam astando manifestant, etiam in particulari deprecamur meminæris OMNIVM fidelium CIRCVMSTANTIVM, hoc est, e quietè & attentè astantium. Nam circumgirantes, aut perturbantes indigni sunt huius participatone sacrificij; ideoque in particulari tantùm petimus

e *Gabriel lect. 26. in Can. Missæ.*

petimus pro circumstantibus : & pro istis adhuc non indistinctè , sed rationabiliter , & proportionaliter iuxta illorum meritum , ac pro tanto petimus memineris eorum , QVORVM TIBI , qui a omnium vides conscientias , b nec quidquam absconditum est ab oculis tuis , FID E S , qua rectè c quoad intellectum credunt C OGNITA EST , per d approbationem , ET NOTA , per notitiam manifestam , DEVOTIO , qua desiderant , e quoad effectum , virtutem huius participare sacramenti .

31. Ut autem declaret celebrans ea , quæ supradictis omnibus precatur adiungit ; PRO QVIBVS omnibus TIBI clementissimo Patri f ego & Ecclesia , cuius personam gero OFFERIMVS , g re , & actu sacramenta conficiendo pro nobis , & pro ipfis , VEL QVI aut astando , aut curando , vt sacrificium hoc offeratur , fide & deuotione , vota soluendo , mente sancta , & deuota , TIBI pro se , & pro nobis OFFERVNT , non ministerio , & ex officio , quod proprium est sacerdotis celebrantis , sed voto , & orationibus cooperando , quomodo omnes fideles offerunt H O C SACRIFICIUM laudis , quod in laudem Dei , ac in Ecclesiæ , ac offerentium , utilitatem offertur ; quare petunt acceptetur

a Rem. de celeb. Missæ.
b Eccl. 39.
c Gab. 10 c.
d Odo. Cæm. in can. Missæ dist. 2.
e Gab. 10 c.

f Gab. ibi.
g Stephan. Eduins. de sacr. altar. cap. 13.

tur primò **PRO SE**, nam charitas bene ordinata sic debet incipere; deinde **PRO SVISQVE OMNIBVS**, hoc est, sibi coniunctis, a vel genere, vel familiaritate, vel qualibet alia conditione, sub eiusdem tamen fidei professione in Ecclesia

a *Florus in expof. Miss. sa.*

b *Matt. 6.*

contentis. Siquidem principaliter b cum primùm quarendum sit regnum Dei, exorant non pro aliquo terreno aut temporali lucro, sed **PRO REDEMPTIONE ANIMARVM SVARVM**,

c *Odo l. c.*

c quas hoc sacrificium redimere potest: cum magis sit bonum, quàm peccatum nostrum sit malum; vnde illius virtute petunt etiam **PRO SPE SALVTIS**,

d *Florus in exp. Miss. e Odo Camer. in Can. Miss. dist. 2.*

f *Stephan. Eduens. de sacr. altar. cap. 13.*

g *Odo ib. l. 3. de Miss. cap. 7. i Gabriel l. 1. c. 25. in canon. Missæ.*

idest, d pro vita aeterna, quæ est vera salus, e liberans nos a malis, & accumulans bonis, & gaudijs salutis aeternæ: **ET** ultra hæc adhuc postulant quamuis secundo in loco pro spe **INCOLUMITATIS** corporalis **SVAE** in hoc saculo per f pacem, sanitatem, & similia, & in futuro g per perpetuam corporum incorruptionem. Veramque h itaque salutem corporis nimirum, & animæ, cum vtraque à te piissime Deus sit, à te petunt, & pro vtraque tibi sacrificant, **TIBIQVE REDDUNT** ex gratia à te recepta, **VOTA**, hoc est, i affectus pios, & opera meritoria, **SVA** propter cooperationem liberi arbitrij, sed

tua

tua principaliter ratione gratiæ à te collatæ; quare redduntur tibi, **AETerno DEO, VIVO ET VERO**, a non finito, mortuo, & falso, vt *Dij gentium*, nec Deo adoptiuè, vt homines, nec vsurpantiuè, vt *Dæmones*, nec nuncupantiuè, vt *imagines*; sed verè, realiter, & æternaliter Deo, cui omnia vota ex debito & iustitia reddenda sunt.

a *Innoc. III*
libr 3. de
Missæ c. 8.

32. Sed quia ultra hoc, quod multa disposuit Deus, viatoribus dare in tempore propter suorum sanctorum merita, & intercessionem; b extra communionem non est locus sacrificandi, aut vota soluendi: ad omnia supradicta impetranda interponit sacerdos sanctorum intercessionem, suam communionem manifestando, dum ait. **COMMUNICANTES**, idest, supradicta omnia postulamus, c communionem, & societatem tenentes, tam cum beatis in obiecto fidei, spei, & charitatis: etiamsi illi videant, & possideant, quod nos credimus & speramus: quam inter nos ipsos fideles viuentes, vniti videlicet & adunati in fide, & sacramentis, sicut decet membra eiusdem corporis, d quia extra tales communionem Deo offerri nequit sacrificium gratum, nec vtiliter vota solui. ET simul cum his communionibus **MEMORIAM** gloriosam sanctorum **VENERANTES**

b *Odo Camer. ibid.*

c *Florus Mag. ibid.*

d *Stephan. Eduensis de sacram. Altar. c. 13*

illo-

a *Gabriel*
in canon
Missa lect.

30.

b *Remig.*
de celebr.
Missa.

c *Odo Ca-*
mer. in ca.
Miss. dist.

2.

d *Gab. ibi.*

e *Aleuin.*
de diuin.
offic. c. de
cel. *Missa.*

f *Gab. ibi.*

g *Luca 2.*

h *Pf. 44.*

i *Eccles in*
Symbolo
fidei.

a illorum auxilium implorando, aut cum
b pietate & humilitate eorum vestigia se-
quendo. Tamen c quia in hoc etiam est
talis ordo seruandus, vt primò & super om-
nes beata Virgo Dei genitrix veneretur; se-
cundò Apostoli; tertio Martyres; & dein-
de alij sancti: Vnde IN PRIMIS di-
gnitatis & excellentiæ causa honoramus me-
moriam GLORIOSISSIMAE d vtra-
que gloria corporis & animæ, SEMPER-
QUE VIRGINIS mente, corpore,
& professione, ante & post partum; MA-
RIAE aduocate nostræ ac mediatrici, per
quam e nedum peccatores, sed etiam san-
cti meruerunt auctorem vitæ suscipere; atq.
adeò fieri huius sacrificij participes. Quare
principaliter & primo in loco patrocini-
um imploramus tantæ Reginæ & Dominæ ac
GENITRICIS, quæ ministravit ma-
teriam generationi humanitatis Iesu Chri-
sti, veri hominis & DEI in sacramento
Eucharistiæ contenti, & DOMINI
NOSTRI cum dono creationis, tum
merito redemptionis, ob quam sibi g an-
tequam in vtero conciperetur acquisiuit no-
men Saluatoris, ET IESV CHRI-
STI, qui à te æterno Patre h oleo lati-
tiæ præ confortibus suis fuit vnctus; & i in
vtero intemeratæ, & inuocatæ Virginis de
Spiritu sancto conceptus.

33. Sed licet Regina Angelorum & hominum intercessionem inuocauerimus, a vt desideratam tuæ propitiationis abundantiam, nobis multiplicatis intercessoribus largiaris : Secundo loco addimus, E T B E A T O R V M, ac tecum regnantium A P O S T O L O R V M: qui à Domino nostro, & Filio tuo Christo sacerdotes ordinati, primi hoc obtulerunt sacrificium, b & nobis eius offerendi ritum tradiderunt: ac M A R T Y R V M T V O R V M, qui pro Christo tuo hostia semel oblata, cruenta, seipsos etiam cruentè obtulerunt, & sanguinis effusione testimonium huius veritatis reddiderunt. Horum omnium imploramus auxilium & intercessionem postulamus. Sed particularius P E T R I c Apostolorum Principis: & P A V L I d Doctoris gentium; & A N D R E A E e ante omnes alios ad Apostolatam vocati: I A C O B I Maioris, f qui ab Herode decollatus, primus Apostolorum effuso sanguine, Iesu Christo testimonium reddidit: I O A N N I S, ipsi christo Domino g præ alijs dilecti, & sui ipsius loco Virgini Matri relictî; T H O M A E h vulnera Christi Domini resurgentis, tangentis, & à nobis simul dubitationis vulnus amputantis: I A C O B I Minoris, i qui frater Domini nominari meruit: P H I-

Z

LIPPI

4. 2. 1. c.
mogg. J. d.
à Eccles. in
orat. omn.
sancti.

b S. Tho. 3.

p. q. 78. ar.

2. a 15. Bel-

larm. l. 4.

de Euchar.

c. 14. arg. 9

et Durant.

l. 2. de rit.

Ecc. c. 3.

per totum.

c Ecc. in

eius offic.

d Ecc. in

off. ipsius.

e Eccl. in

eius offic.

f Act. 12.

g Ioan. 14.

c. 21.

h Ioan. 20.

c. ibi Gre

gor. hom.

26. in E-

uang.

i ad Gal. 1.

a Ioan. 14.
b Lippom.
& alij qui
eius vitam
scripserūt.
c Matth. 9.
& Luc. 5.
d Durand.
in rat. l. 7.
c. 33. n. 1.
e Lyra in
ep. Iuda
f Optat. in
cathal. Ro.
Pont. & I-
ren. l. 3. c. 3
g Brev. Ro.
i lect. illius
h Ignat. ep.
1. ad Cau-
fanolit.
i Pont. c. 8.
l Cyp. ep. 49
ad Cor. &
52. ad Ant.
& Baro. a.
234. n. 32.
m Bin. in
not. ad ep. 1
Corn. &
ipse Cypr.
ibi sup.
no Brev.
Ro. in ip-
sorum off.
p Gab. lect.
31. i cā. Mi.

LOIPPI, a de inseparabilitate Patris
& Filij specialiter instructi: BARTHOL-
LOMAEI b pro amore tuo excoiati:
MATTHAEI c ex telonario in Apo-
stolum, & Euangelistam vocati: SIMO-
NIS Zelotes d ob magnum zelum ani-
marum dicti: ET THADAEI e ad
confirmandos fideles contra Hæreticorum
deceptiones accuratè scribentis: LINI
f primi Petri successoris; CLETI,
g post Linum Ecclesiam optimè constitu-
tis: CLEMENTIS h discipuli Pe-
tri, & Cleti successoris: SIXTI i pri-
mi ad reuerentiam Eucharistiæ sanctissimæ
instituentis, vt ministeria sacra non tange-
rentur nisi à ministris sacris: CORNE-
LII, l pro tuæ Ecclesiæ dignitate,
& vnitæ in primo schismate multum la-
borantis: CYPRIANI m Corne-
lium indicto schismate egregiè adiuuantis:
IOANNIS, ET PAVLI
n fratrum, qui contemntes aulam Re-
giam Iuliani meruerunt regna cœlestia:
COSMAE, ET DAMIANI o arte
corporum, gratia verò, fide & virtute
animarum etiam medicorum: ET OM-
NIVM SANCTORVM, p tam
veteris, quàm noui testamenti: QVO-
RVM MERITIS tua Deus gratia
in hac vita acquisitis, PRECIBVSQVE
nunc

nunc in tua præsentia fufis. **C O N C E -**
D A S deprecamur non ipsis sanctis, qui
iam in portu felicitatis lætantur; sed nobis
adhuc in hac lacrymarum valle degentibus,
V T I N O M N I B V S a credendis, in-
telligendis, appetendis, & agendis; b siue
aduersis, siue prosperis, ne vel in illis defi-
ciamus, vel in istis decipiamur, **P R O T E -**
C T I O N I S omnipotentis **T V A E** contra om-
nes inimicorum visibilium, & inuisibilium
insidias **M V N I A M V R**, securo &
inuincibili **A V X I L I O** tuo **P E R**
E V N D E M C H R I S T V M tuum vni-
genitum, mediatorem & **D O M I N V M**
N O S T R V M, **A M E N.**

a *Gabriel*
1. c. 32.
in canon.
Missæ.
b *Florus in*
expos. Mis-
sæ.

34. In hac quidem commemoratione
sanctorum secundum c Innocentium III.
illud obseruat Ecclesia, quod antiquitas
consuevit agere: vt in orationibus suis re-
colat Patrum memoriam, quatenus eorum
meritis suffragantibus facilius obtineat, quod
implorat. Sic d Moyses pro peccante po-
pulo intercedens Patrum memoriam inter-
posuit: sic & e Azarias orasse legitur in
fornace: sic & f alij deprecabantur Patriar-
chæ, & Prophetæ memoria retinentes,
quantum merita patrum filijs suffragentur,
& quomodo Deus g propter seruos suos
non auertit faciem Christi sui. Sic etiam
& Mater orat Ecclesia, non quod credat

c *libr. 3. de*
Mis. cap. 9.

d *Exod. 32*

e *Dan. 3.*

f *Gen. 32.*

g *3. Reg.*

18. & *alib.*

g *Pf. 131.*

a *tract. 84.*
in Ioan.
 b *Cathec. 5*

c *de can.*
obser. pro-
pos. 23.
 d *in rat. l.*
 4. c. 38. n. 1
 e *de Eccl.*
Hierar. c. 3
 f *l. 8. cons.*
Apost. c. 13

g *l. 3. ep. 6.*

sanctos esse Deos, quibus sacrificia sunt offerenda, ut falsò nobis imponunt Hæretici; sed iuxta a S. Augustini, b S. Cyrilli, Patrum, ac Catholicorum Doctorum communem doctrinam; ut Deus sanctorum intercessionibus suscipiat preces nostras, & nobis, quæ petimus concedat.

35. Supradictam sanctorum commemorationem, siue in sacrificio Missæ inuocantioem, primus omnium non instituit Syricus Papa, ut volunt c Radulphus, & d Durandus: sed ex Apostolica traditione & antiquissima Ecclesiæ consuetudine necessario originem traxit; quandoquidem, talis commemorationis meminere e sanctus Dionysius Areopagita, f S. Clemens Romanus, & alij Syricio antiquiores. Verum tamen est, & probatum ex ipsis nominibus sanctorum, quorum memoria in particulari fit, & ex his, quæ g S. Cyprianus scripsit, à Romanis Pontificibus, immò à particularibus Episcopis solita fuisse addi nomina Martyrum de nouo occisorum in dicta commemoratione: & forsàn in hoc aut normam, aut taxationem posuit Syricus, & ideò fuit huius commemorationis habitus auctor.

36. Hic tamen notare oportet, quod licet generaliter fiat omnium sanctorum inuocatio illis verbis, *Omnium sanctorum*,

spe-

spécialiter non nominantur sancti veteris Testamenti, nec sancti Confessores. Primo, quia ut ait a Gabriel, Pates Christum Dominum præcedentes spiritualiter tantum, & non sacramentaliter sacramentum, hoc percepèrunt: & memoria Confessorum, ut etiam insinuauit b Innocentius III. cepit celebrari in Ecclesia, postquam oratio hæc fuit omninò finita. Secundo, ut cum Ipso c Gabriele dicit d Durantus quia in sacrificio passionis Christi Domini rememoratiuo, illorum tantum in speciali debuit fieri memoria, qui passi sunt pro ipso Domino Christo. Quia cum sit sacrificium hoc mysterium fidei, illi potius in illo nominare oportet, ut insinuauit e S. Augustinus, qui proprio sanguine pro huius sacramenti, & fidei veritate vsque ad mortem dimicauere, ut sic enim ex doctrina f S. Clementis Romani, spiritualiter magis delectamur, & incitatur ad martyrium, optando certaminis ipsorum participes fieri.

37. In quibusdam denique summis festiuitatibus in hac oratione, & in sequenti, quæ incipit, *Hanc igitur oblationem*, ali qua interponuntur, ut notauit g Radulphus, ad articulum, aut mysterium talis solemnitate pertinentia: in quo, secundum h Mi, erologum, denotatur verbum illud, *Communicantes*, in orationis principio positum

per

per

a in canon
Missæ lect.
32.

b libr. 3. de
Missæ c. 10

c loc. cit.
d libr. 2. de
ritib. Eccl.
c. 35. n. 6.

e lib. 8. de
ciuit. c. 27.

f 18. const.
Apost. s. 13

g de can.
obser. pro-
pos. 23.
h de Eccl.
obser. s. 12

per se, & principalius ad fidei communio-
nem, quam ad sanctorum inuocationem
esse referendum: nam ad istam, illa verba,
Memoriam venerantes, primò & per se
diriguntur.

38. Post sanctorum inuocationem addit
sacerdos nouam deprecationem ad maio-
rem expresionem eorum, quæ postula-
rat, dicens: HANC IGITUR,
a quam in communionem sanctorum offeri-
mus OBLATIONEM, b in qua
Filius offertur, & Pater reconciliatur; cum
fit SERVITVTIS, idest, adorationis
latræ tibi, & soli Deo vero, cui hoc offer-
tur sacrificium debitæ, NOSTRÆ,
hoc est, cleri, aut sacerdotum offerentium,
actu, & ex officio: SED ET, idest, si-
mul, CUNCTÆ FAMILIÆ
TVÆ, hoc est, c omnium astantium,
vel omnium fidelium ex voto, aut consensu
offerentium, QVAESVMVS non
nostris meritis, sed sanctorum intercessione,
& meritis Christi tui, ac gratia tua D O-
MINE, & Pater clementissime, V T
d PLACATVS, & d reconciliatus tum
Clero, tum populo, ACCIPIAS,
non quod sacrificium hoc tibi æterno Patri
displicere possit ratione sui: id enim impos-
sibile est, cum in illo offeratur e Filius tuus
dilectus, in quo tibi bene complacuisse: seq̄
petimus

a Gabriel
lect. 33. in
Can. Miss.
b Florus in
exp. Miss.

e Stephan.
Eduens. de
sacr. altar.
cap. 13.

d Gab. ibi.

e Matt. 17.

petimus, vt etiam placidè ACCIPIAS
 ex parte nostra dando nimirum nobis gra-
 tiam tuam, vt tibi illud taliter offeramus,
 vt illo medio, tua nobis largiaris munera,
 DIES QVE NOSTROS vitæ præ-
 sentis ^a quibus inter pericula diuersa viui-
 mus ^b per eum, qui pro nobis est tradi-
 tus in manus eorum, qui pacem oderunt,
 IN TVA PACE, ^c non in pace
 mundi, aut peccatorum, qua liberè licet
 vti voluptatibus, sed in pace tua, quæ est
 vera pax, qua mandatis intenti diuinis se-
 cretè, & seriè studeamus virtutibus, ita
 DISPONAS, vt ^d etsi in mundo
 præsuram habeamus, in te vera requies,
 talem habeamus pacem, vt finito huius
 mortalitatis cursu, ^e per eum, qui pro no-
 bis morte temporali damnatus est, feliciter
 quiescamus, ATQVE AB AETER-
 NA DAMNATIONE, ^f quæ
 & à te perpetuò separat, & corpus, atque
 animam in æternum cruciat, NOS fa-
 mulos tuos ERIPIT, vt talem damna-
 tionem nequaquam incidamus, ET ^g per
 eum, qui pro nobis deputatus est cum ini-
 quis, IN ELECTORVM TVO-
 RV M, ^h quorum nomina sunt in libro
 vitæ, IUBEAS tua omnipotentia,
 GREGE, numero, & collegio NV-
 MERARI. Non quod tua diuina præ-
 destinatio

a Remig.
 de celebr.

Missæ.

b Durand.

in rat. lib.

4. c. 39. n. 4

& Inno. 3.

l. 3. de Miss.

c 11.

c Odo Ca-

mer. in ca.

Miss. dist.

2.

d Florus

Mag. in

exp. Miss.

& Rem. de

celebr. Miss.

e Durand.

& Innoc.

loc. cit.

f Gab. lo c.

g Durand.

& Innoc.

ibid.

h Apoc. 20.

& 21.

a *Eccl. 9.*b 2. *Pet. 1.*c *Amalar.**Fortun. 11.*3. *de Eccl.**offic. c. 23.*d *In rat.**l. 4 c. 39.**num. 4.*e *de can.**obser. pro-**pos. 23.*f *de celeb.**Missa.*g *de diuin.**offic. c. de**cel. Missa.*h *Pontific.**Platin. &**& alij in**eorū vitis.*

destinatio sit mutabilis, sed quia, a ne-
scit homo an amore, vel odio dignus sit.
Quare oportet, vt sanctorum intercessioni-
bus, b & bonis nostris operibus satagamus
certam nostram vocationem, & electionem
facere: maximè, c cum nullus securus ef-
se possit in præsentī sæculo de sua stabilitate,
quamuis perfectus esse videatur. Ideo-
que oportet, vt semper accuratè deprece-
mur in pace disponi dies nostros in præsen-
ti sæculo, & in futuro eripi ab æterna dam-
natione, & in electorum grege connume-
rari, PER CHRISTVM Salua-
torem, & DOMINVM NOSTRVM,
AMEN.

39. d Durandus, & e Radulphus asse-
runt, principinm huius Orationis, vsque
ad verba illa, *Placatus accipias*, inclusiue
fuisse à Leone I. Canoni addita. f Remi-
gius verò, & g Alcuinus idipsum tribuunt
Gelasio. Sed cum nullum citent auctorem,
aut rationem adducant, ab Apostolica tra-
ditione mansisse credo: eò quòd h qui Leo-
nis, & Gelasij vitas scripserunt, notant ver-
ba alia à Leone in canone addita, & ea,
quæ Gelasius in præfationibus, aliisque
Ecclesiasticis rebus ordinauit; & tamen
de hoc nihil dicunt. Tres nihilominus pe-
titiones in fine huius orationis contentas,
vt putà, *Diesque nostros in tua pace dispo-*

nas, atque ab æterna damnatione nos eripi,
& in electorum tuorum iubeas grege nume-
rari. à Gregorio I. fuisse additas, pro
comperto habeo, cum id affirmant a Ioan-
nes Diaconus, Venerabilis b Beda, & om-
nes alij.

40. Dum supradictam dicit orationem
celebrans, tenet manus super oblata exten-
sas illa cooperiendo. De qua manuum ex-
tensione, vt notavit c Franciscus Suarez,
nihil reperitur scriptum, forsan sicut ipse
dicit, quòd mystica careat significatione,
& solum grauem quandam, & reuerentem
demonstrationem sacrificij verbis correspon-
dentem contineat. Adiungit nihilominus
Suarez duas mysticas significationes, dicens,
dicta extensione significari, vel diuinam
protectionem, vel efficaciam diuinæ gratiæ,
quæ in hac oratione peculiariter postulan-
tur per talem oblationem: aut etiam signi-
ficari, sacrificium hoc esse holocaustum,
& hostiam pacificam, ac pro peccato suffi-
cientissimam ad placandum Deum, præfi-
guratam d in holocausto illo masculi im-
maculati, super cuius hostiæ caput manus
imponebat, offerens, vt acceptabilis esset.
His adhuc duas alias possumus addere signi-
ficationes. Tali namque manuum exten-
sione insinuat imprimis sacerdos, se non
ex naturalibus, & proprijs viribus, sed vir-

a *libr. 2. de
vit. S. Gre-
gorij c. 18.
b lib. 2. hi-
stor. Angl.
cap. 1.*

c *in 3. p.
S. Thom.
tom. 3. di-
sput. 84.
sect. 1.*

d *Leuit. 1.
3 & 4.*

tute ordinationis, & potestatis sibi, vt ait
 a S. Paulus, per impositionem manuum
 Presbyteri traditæ; & per operationem
 Spiritus sancti, cuius b gratia imposi-
 tionem manuum significatur & datur, tam mi-
 rabilem substantiarum conuersionem effice-
 re id, quod duobus verbis docuit S. Chry-
 sostomus, c dicens, *Verum & tu latce,*
 cum sacerdotem videris offerentem, ne ut
 sacerdotem, hoc est, virtute propria esse
 putes hoc facientem, sed Christi manum,
 idest, virtutem, inuisibiliter extensam.
 Deinde eadem extensione declarat sacer-
 dos, solis fidei oculis mysterium hoc con-
 templandum esse, d ne opprimamur à
 gloria, & dignitate illius. Quæ, sicut e
 Durandus dixit, taliter homines, Ange-
 losque latet, vt nec narrari, imò nec cogi-
 tari possit; sed est merè credenda, f capti-
 uando intellectum in obsequium Christi &
 Dei, qui secundum g Clementem Roma-
 num & veritatem, non est disentiendus,
 cum ab omni intellectu creato incomprehen-
 sibilis sit, vt aliquo modo figurarunt h duo
 Cherubim propitiatorij, in alarum expan-
 sione. Nam sicuti quantò plus alas expan-
 debant, tantò plus propitiatorium operi-
 bant; sic quantò plus (si per accommoda-
 tionem loqui licet) i accedit homo ad cor
 altum, tantò plus exaltatur Deus, hoc est,
 tantò

a 1. ad Ti-
 moth. 4. &

2. ad Ti-
 moth. 1.

b Act. 8.

c hom. 83.

in Matth.

d Prouerb.

25.

e in rat.

l. 4. ca. 39.

num. 1.

f 2. Cor. 10

g Epist. 1.

ad Iacob.

fratr. Do-

mini.

h Exod. 25

Pf. 63.

tantò incomprehensibilior apparet Deus, tantòque plus nos eius cognitio lateret, quantò plus nos ad illius cognitionem alas nostri intellectus expandimus.

41. Ad maiorem prædictorum exaggerationem adiungit celebrans nouam deprecationem, a deprecans Deum, vt oblationem suis altaribus impositam, & tantis precibus commendatam, ipse omnino perficiat; dicens: QVAM OBLATIONEM panis, & vini à nostra seruitute, & cuncta familia tua, pro tanto sacrificio oblata, TV DEVS, b à quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum, à quo est omne bonum, omnisque benedictio descendit, IN OMNIBVS c modis, & vndequaque, vt fiat digna, tanto sacramento humiliter QVÆSV-MS, vt tua virtute, & potentia ex profana BENEDICTAM, hoc est, d legittimam, perfectam Eucharistiam, quia e solum Christi tui, & Domini nostri corpus, & sanguis est hostia in omnibus benedicta, f per quam nos benedici precamur, ASCRIPTAM, idest, g in numero placitorum tibi munerum taliter receptam, h vt de memoria tua nulla possit obliuione deleri, sed i per illam in caelo ascribamur; RATAM, hoc est, immobili firmitate perpetuam, ita vt de

a Remig.
de celebr.
Missæ.

b Iacobi 1.
c Flor. in
expositio.
Missæ.

d Odo Ca-
mer. in
can. Missæ
dist. 3.

e S. Thom.
3. p. q. 83.
a. 4 ad 7.

f Remig.
de celebr.
Missæ.

g Innoc. III
libr 3. de
Missæ c. 12

h S. Thom.
loc cit.

i Florus
ubi sup.

a *Innoc. 3*
ibid.

b *Bellar.*
libr. 2. de
Missa cap.
23. & A-
zor tom. 1
lib. 10. c.

c *S. Thom.*
loc. cit.

d *Innoc. 3*
ubi sup.

e *Rem. ibi.*
f *S. Thom.*
loc. cit.

g *Bellar.*
& Azor.
loc. cit.

h *Bellar.*
& Azor
ubi sup.

i *S. Thom.*
ibid.

l *Gab. ibi.*
m *Odo ibi*

a memoria tua nulla possit mutatione conuelli, sed b nobis fructum certum, & perpetuum adducat, & c per illam firmiter & indelebiter de visceribus Christi Domini esse mereamur, **RATIONABILEM**, idest, d talem, quæ diuinæ tuæ rationi conueniat, & e singulariter tibi grata, & acceptabilis sit, vt quamuis de simplicibus, & irrationabilibus terræ frugibus sumpta est, tuæ benedictionis ineffabili potentia efficiatur corpus, & sanguis rationalis Filij tui hostia rationalis, f per quam à bestiali, & irrationabili sensu exuamur, & g non solum bona, sed bene etiam rationaliter & prudenter offeramus; **ACCEPTABILEMQUE**, h non solum ex parte doni, sed ex parte pariter offerentium, ita quòd digna sit, vt à te acceptetur, & grata habeatur, & i per illam nos tibi acceptabiles simus; **FACERE**, ac perficere **DIGNERIS** i tua paterna pietate, **VT NOBIS**, m non Paganis, Iudæis, aut Hæreticis, sed nobis Catholicæ fidei cultoribus, in fide communicantibus, & memoriam sanctorum venerantibus, & ad nostram utilitatem ex pane **CORPVS** verum, & ex vino **SANGVIS** verus principaliter tua **FIAT** virtute, & potentia, sed instrumentaliter nostra actione, & consecratione media,

DI-

DILECTISSIMI, & vnigeniti
 FILII TUI tibi consubstantialis, &
 æqualis, DOMINI NOSTRI
 Saluatoris, & Redemptoris vnici Iesu Chri-
 sti.

42. Oratio hæc in antiquo erat canone;
 & à temporibus Apostolorum hic recitari
 cœpit, vt colligitur ex a sancto Ambro-
 sio, de ea vt de re à Patribus iamdudum
 accepta loquente: & vt ex Missa sancti Pe-
 tri contra Illiricum & Protestantes probat
 b Turrianus: qui adducit ex rigore, & pro-
 prietate linguæ græcæ breuem aliam, &
 scitu dignam supradictorum verborum ex-
 positionem dicens; dictione illa *benedictam*
 à Deo Ecclesiam petere, vt oblatio in
 principio facta ex non consecratis muneri-
 bus, fiat in omnibus benedicta benedictio-
 ne illa mystica, qua ex pane fit corpus
 Christi, quod est omnis benedictionis cau-
 sa, & verè in omnibus benedictum. Id
 quod magis adhuc declarat sequentibus ver-
 bis, nam particula, *ascriptam*, idem est,
 ait, ac non finita; vnde illa petit Ecclesia,
 vt oblatio, quæ ante consecrationem fini-
 ta erat & circumscripta, fiat incircumscrip-
 ta & infinita, cum in sacramento Eucharis-
 tiæ Christus Dominus incircumscriptus
 fit, vt c Theologi tradunt, & Ecclesia
 Catholica credit, & duabus particulis se-
 quen-

a libr. 4. de
 Sacram.
 cap. 5.

b in cap. 12
 lib. 8. Con-
 stit. Apo-
 stol. Clem.
 Rom.

c in 4. sen-
 ten. dist. 10
 lib. 3. p. 9.
 76.

quentibus, *ratam, rationabilem*, postulat secundum ipsum, ut faciat Deus hanc oblationem consecrandam diuinæ virtutis esse, ut fiat nobis hostia, in qua feratur bona, firma, & rata defensio ac ratio coram Tribunali Dei pro peccatis nostris, & ratio firma, & certa nostræ defensionis: finaliter dictione illa, *acceptabilemque*, ut omnia apertius declaret Ecclesia petit, ut mutatis per consecrationem substantijs panis, & vini, in corpus, & sanguinem Christi Domini fiat hostia acceptabilis; non tantum secundum se, sed etiam nobis, & ad salutem nostram.

4. Dum sacerdos hanc dicit orationem format quinque cruces, tres super hostiam & calicem coniunctim, quartam super solam hostiam, & quintam super calicem tantum; ad significandum, ut dicunt sanctus a Thomas, & b Gabriel venditionem Christi Domini. Nam tres priores cruces, vel significant triginta illos argenteos, aut denarios, pro quibus Dominus omnium Christus Iesus fuit venditus; vel significant tria genera ipsum Dominum e mentium, utputa Sacerdotes, Scribas, & Phariseos. Duæ verò ultimæ cruces designant, aut emptionem, & venditionem; aut personam Iudæ venditoris, & Christi Domini venditi: unde quia valde diuersi fuerunt

a 3.p. q. 83
ar. 5. ad. 3.
b lect. 33.
in canon.
Missa.

fuerunt in dignitate & merito, separatè & distinctè fiunt vna super hostiam, & altera super calicem.

44. Significationem dictam, & principalem orationis huius Paraphrasim penetrabilis profundius, ex verbis sequentibus petitis ab Innocentio III. qui postquam dixerat Dominum Christum fuisse à proditore Iuda triginta argenteis, vel denarijs in recompensationem damni, quod incurerat propter effusionem unguenti, sic loquitur: Ad designandum ergo pretij quantitatem, quo Christus est venditus, Sacerdos hic facit tres cruces communiter super oblatam & calicem, cum dicit: Benedictam, ascriptam ratam. Nam & trecenta pariter & triginta multiplicationem suscipiunt à ternario. Postmodum autem, ad designandum venditionem, & emptiorem, duas cruces imprimit sigillatim, vnam super oblatam, & aliam super calicem, cum dicit; fiat corpus, & sanguis, quasi diceret; Illa venditio fuit maledicta, proscripta, irrita, iniqua, & detestabilis. Sed tu Deus hanc oblationem digneris facere benedictam, ascriptam, ratam, rationabilem, & acceptabilem. Iudas enim

b dilexit maledictionem & venit ei, & noluit benedictionem & prolongabitur ab eo. Sed tu Deus digneris hanc oblationem

facere

a lib. 3. de
Missæ c. 12

b Ps. 108.

a *Pf. 68.*b *Matt. 27*c *Act. 1.*c *Pf. 108.*c *Pf. 108.*d *ibid.*e *in expos.*

Miss. p. 2.

cap. 15.

f *serm. in*

vigil. S.

Andr.

g *libr. 1. de*

Cruce c 5.

facere benedictam, per quam nos in cœlestibus benedicas. Iudas enim a deletus est de libro vitæ, & cum iustis non scribitur: sed tu Deus hanc oblationem facere digneris ascriptam, per quam nos inter electos ascribas. Iudas se b laqueo suspendit & Episcopatum eius accepit alter: sed tu Deus hanc oblationem digneris facere ratam, per quam ratum sit tibi nostræ salutis promissum. Iudas c exit condemnatus & oratio eius facta est in peccatum: sed tu Deus hanc oblationem facere digneris rationabilem, per quam rationabile fiat nostræ seruitutis obsequium. Iudas d reddidit mala pro bonis, & odium pro dilectione retribuit: sed tu Deus hanc oblationem facere digneris acceptabilem, per quam nos tibi reddas acceptos.

45. Tantorum Doctorum placito addendum duxi cum e Fr. Ioanne Baptista Neapolitano Monaco Cassinensi per tot cruce importari opprobria, irrisiones, tormenta, & supplitia, quibus Christus Dominus in sua sanctissima passione & irrisus, & vexatus fuit. Crucem enim à cruciatu dici, ut tradidit f sanctus Bernardus, ac proinde laxa saltem significatione sumi pro omni angore, & tormento, atque etiam interitu sciunt omnes, & sufficienter probat g Iustus Lipsius, & fides Catholica docet impios

pios illos, qui tenebant Iesum illulisse ei a cedentes, & expuentes in faciem eius, velantes eum, & collaphis eum cecidentes, arundine percutientes, palmas in faciem dantes, atque dicentes prophetiza nobis Christe quis est, qui te percussit, & alia multa blasphemantes dicentes in eum; & vsque ad flagellationem, spinarum coronationem, & ignominiosam inter latrones crucifixionem peruenientes: Vnde, vt prophetarat b Isaias, à planta pedis, vsque ad verticem capitis non erat in eo sanitas. Hæc itaque opprobria magna, & irrisiones multæ, per multas has cruces, modo super hostiam & calicem simul, modò super solam hostiam, ac modò super calicem tantum; ac pro tanto variè factas significari, haud incongruè dici potest. Præsertim cum concinè satis affirmari queat, per tres præcedentes cruces nedum personas, à quibus Christus Dominus est pro nobis ad mortem traditus, vt iam diximus; c sed ipsius insimul venditionem significari, in prima nimirum persona vendita, vt donum, quia teste d Isaias, voluntate, sponteque propria oblatu est quia ipse voluit: Persona vendens in secunda, quia vt habemus ex Euangelio e Matthæi, pro munere, & pacto facto de præterito: Et in tertia personæ ementes, vt sacrificium facerent Deo,

a *Matt. 26.*

e 27.

Maic. 14.

e 15.

Luc. 22.

e 23.

Ioann. 18.

e 19.

b *Isai. 14.*c *in bac. 2.*

p. num. 20.

e 21.

d *Isai. 33.*e *Matt. 26.*

sacrificium inquam ex parte oblatae hostiae, quamvis non item ex parte offerentium æterno Patri acceptissimum, nam hostia erat eius Filius, a in quo sibi benè complacuit: Offerentes verò b Scribæ & Pharisæi ex malitia & libore occidentes filium, & hæredem, ad possidendum vineam patris familias.

a Matt. 17.

b Matt. 21

c Eccl. in
Symb. fid.

46. Quibus etiam verborum sensus concordat, ne dicam ex verborum sensu confirmari. Nam cum Christus Dominus c passus fuerit pro nobis, nostraque salute, & ob id fuerit hostia acceptabilis per tot probra, & irrisiones factus; dum ista per dictas cruces significamus, dicimus, *Quam oblationem tu Deus in omnibus benedictam, ascriptam, ratam, rationabilem, acceptabilemque facere digneris.* quasi dicamus, fac Domine Deus, ut benedicta hæc hostia, quam ut benedicti efficiamur, tibi æterno Patri offerimus in memoriam, & commemorationem illius hostiae, tibi ipsi medijs tot tormentis & angoribus acceptissime oblatae, & in sacris Patruum scriptis scriptam saepe repetitam, & figuratam e in sacrificio Abel, f in immolatione Isaac, g in oblatione Melchisedech, h in elevatione serpentis aeni, i in Manna de caelo, & in multis alijs: fiat etiam *ascripta* nobis, ita ut, quæ de se est tibi soli debita, conueniens

d Luc. 22.

e Gen. 4.

f Gen. 22.

g Gen. 14

h Num. 21

i Ioan. 6.

ueniens, & oblata, sit insuper à te in tuo notata libro in perpetuum bonum, & utilitatem nostram; unde fiat *rata*, siue approbata, firma, stabilis, atque perpetua; non vt veteris legis sacrificia, sed vt hostia a noui, æterni, immutabilisque Testamenti, rati & confirmati morte, & sanguine Testatoris christi Domini. Illa enim vt sanguis hircorum, & taurorum, cum ^b tuæ sint omnes feræ sylvarum, nec ex parte rei oblatae, nec iuxta offensa mensurant erant rationabilis hostia; hæc tamen cum sit infiniti meriti, & satisfactionis, corpus nimirum, & sanguis immaculati agni christi Iesu, in quibus ad oblationem, & sacrificium istud panis, & vini substantia transubstantiatur, est *rationabilis* oblatio; nam æquat auctoritatem, & dignitatem accipientis, & debitum, ac necessitatem offerentis; quoniam cum diuinitatem, & humanitatem in se contineat; offertur Deo Deus, diuinitati diuinitas, & summo summum; & obedientia, vita, actiones, passio, aliaque infiniti valoris, meriti, ac satisfactionis opera, pro infinito demerito, & culpa. Nec esset rationabilis, si solus Deus, solaue diuinitas, vel sola offerretur humanitas; quia nec in diuinitate meritum, nec in humanitate sufficiens & infinita esset satisfactio: Verum cum diuinitas simul &

a *Matt.* 26.*Marc.* 14.*Luc.* 22. &ad *Habr.* 9b *Pf.* 49.

humanitas offeruntur, Dei nimirum, & hominis vita & meritum continet in se, & hominis satisfactionem, & Dei infinitatem, unde est vndequaque rationalis; & consequenter *acceptabilis*. Nam impossibile est, vt quod rationale est non acceptes, maximè rem adeò dignam, habentem in se & meritum, & æqualitatem requisitam; & oblatam insuper à dilecto Filio tuo, eiusque sponsa Ecclesia, in cuius nomine & auctoritate offert Sacerdos quilibet, etiam peccator, vel in peccato existens.

47. Deuenit his peractis celebrans ad ineffabilem illam partem Missæ, circa quam, vt ait ^a Innocentius III. deficit lingua, sermo disparet, superatur ingenium, & opprimitur intellectus; nam in illa mediante consecratione, substantiæ panis, & vini transubstantiantur in verum corpus, & sanguinem Christi Domini. In illa non suis, sed summi, & æterni Sacerdotis Christi verbis vtitur Sacerdos; id ipsum cœremonijs, & signis exterioribus manifestans, Nam in huius actionis principio, vt notauit ^b Gabriel, cum ad ostendendam propriam humilitatem, & imbecillitatem, & à quo principalius actio tam singularis fiat, tum ad excitandum conformiter ad verba affectum: quasi dilectissimum Patris Filium

^a *libr. 4. de
Mis. cap. 1.*

^b *lecl. 33.
in canon.
Missæ.*

amorosæ affectionis brachijs ad se astringere desideret, & deuotissimè amplecti: eleuat oculos, eleuatque manus ad cœlum, & deponit complicans. ^a Et quia munda mundè tractanda sunt, quamuis antea lauerit manus, pollices & indices vtriusque manus ducit super pallam altaris tergens eos, ad accipiendam hostiam consecrandam. Denique inter alia facit duas cruces separatim, vnâ super hostiam, & alteram super calicem, quando illa vult consecrare. Primò dicunt ipse ^b Gabriel, & ^c Alexander Alensis, vt materiæ panis, & vini sanctificentur signo crucis, quo omnia sanctificantur. Et deinde vt denotetur Christum Dominum passum fuisse, & in corpore, vt significatur cruce facta super panem in corpus illius conuertendum, & in anima, vti significatur cruce facta super vinum transmutandum in ipsius sanguinem, in quo, vt dicit ^d scriptura sacra est anima carnis.

48. In consecrando verò tam hostiam, quam calicem vtitur Sacerdos ipsis eisdem verbis, quibus Dominus Christus (cuius vices tunc gerit) consecrauit, vt supra retigimus, & infra iterum repetemus, & probant ^e S. Thomas, & ^f Alexander Alensis, & ante illos ^g Innocentius III. alijs omnibus clarius his verbis. Sanè formam

istam

^a Gabriel
le Et. 37. in
can. Missæ.

^b le Et. cit.
^c 4. p. tra.
de Missa.

^d Leuit. 17

^e 3. p. q. 83.
ar. 4.

^f 4. p. q. 10.
memb. 4.

^g ar. 2. q. 2.
lib. 4. de
Missæ c. 5.

istam verborum ab ipso Christo acceperunt Apostoli, & ab ipsis Apostolis accepit Ecclesia. Id quod de omnibus quæ dicuntur intelligenda credo, proportionem seruata: hoc est, attendendo ad ea, quæ Christus Dominus, tunc fecit & dixit: & ad modum, quem Apostolos in consecratione huius sacramenti seruare docuit. Nam licet

a Pontific. in vit. Alex. 1. & Durand. in rat. li. 4. cap. 42. nu. 1. & alij. b epist. ad oēs' Ortho. cap. 4. c lib. 8. cōstit. Apost. cap. 12. d 1. Cor. 11 e Luc. 22.

f tom. 1. Concil. in not. ad vit. Alex. 1.

a communis opinio Alexandrum I. addidisse in sequenti oratione verba illa, *Qui pridie quàm pateretur*: & iussisse b vt in isto loco fieret memoria Dominicæ passionis. Cum in c Clemente Romano, qui fuit Alexandro antiquior, reperiamus eandem memoriam: immo cum expressè dicat d Apostolus, istam esse Dominicam traditionem & præceptum: sicuti probatur ex illis Christi Domini verbis; e Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis: crediderim Alexandrum I. non præcepisse, at instituisse simpliciter, vt dicta memoria fiat; sed iuxta notationem f Seuerini Binij, vt fiat sub his verbis: *Qui pridie quàm pateretur*; quomodo melius sequentia antecedentibus cohærent, vt de se patet; siquidem sic continuantur.

49. Nolumus ergo clementissime Pater, vt accipias nostram oblationem meritis nostris; sed intercessionem sanctorum tuorum, & meritis dilectissimi Filij tui,

QVI ut suum ut nos infinitum ostenderet
 amorem, & ut reali & corporali præsentia,
a nobiscum esset usque ad consummatio-
 nem sæculi, **PRIDIE QVAM PA-**
TERE TVR, hoc est, **b** prima die
 Azymorum, quæ fuit quartadecima die
 primi mensis, **ACCEPTIT PANEM**
c azymum **d** designando materiam con-
 secrationis corporis sui, **IN SAN-**
CTAS ex iustitia, ex operatione, ac
 merito; **e** quales debent esse manus Sa-
 cerdotis consecrantis, & sacrificantis, **AC-**
VENERABILES **f** veneratione
 patriæ, propter unitam diuinitatem, **MA-**
NVS SVAS diuinas, & Dei; &
ELEVATIS, **g** ad designandum
 dignitatem, & arduitatem institutionis Eu-
 charistiæ, **OCVLIS**, **h** aspectum
 simplicem & honestum habentibus, **IN**
COELVM, ut **i** ostenderet nobis in-
 rebus ita serijs oculos, & memoriam esse
 eleuandos ad Deum, & abducendos à tem-
 poralibus; & ut **l** ostenderet, vnde sit vir-
 tus principalis, qua ineffabilis consecratio-
 nis actio fit, **AD TE DEVM**,
 qui Christum tuum **m** dedisti præcepto-
 rem gentibus, & ipse recognoscens te
PATREM SVVM naturalem
 æterna generatione, & simul **OMNI-**
POTENTEM, in admirabilis huius
 sacra-

a Matt. 28.

b omnes
Latini.

c omnes
Latini.

d Latini,
& Græci
Catholici.

e Anton.

f Pacius
Card. hom.

g 1. de sacrif.

corpor. &
sanguin.
Christi.

h Gabriel
lect. 34

in canon.

Missæ.

g Gab. ibi.

h Lyr. in

cap. 5. in

cant.

i Orig. tr.

28. in Ioan.

& Chryf.

hom. 78. in

Ioann.

l Gab. lo c.

m Isaiæ 55.

sacramenti institutione ad te leuauit oculos, docens ad tantum opus minorem non sufficere potentiam: & tibi, qui vt pater illum ^a in omnibus clarificas, gratias agens non pro se, sed pro nobis, & pro tanto beneficio ad nostram vtilitatem ordinato, & ^b vt sciremus hanc oblationem offerendam esse cum gratiarum actione, ^c ex quo & nomen Eucharistiæ sumpsit; **BENEDIXIT**, ^d proferens verba consecrationis, & consecrando, **FREGIT** post consecrationem, non panem, sed panis speciem, deditque proprijs manibus **DISCIPVLIS** ^e singulariter, & singulis in particulari **SVIS**, non alienis, sed sibi fide, & charitate adhærentibus, vt minimum in apparentia, qualis erat Iudas, ^f cui, docens nos occulta fratrum peccata celare, etiam cum alijs dedit, **DICENS** nimia charitate, qua dilexit nos, **ACCIPITE**, ^g non rapiendo violenter, vt faciunt accedentes indignè; sed vt filij carissimi ^h cum gratiarum actione, & beneuolentia, **ET MANDUCATE**, spiritualiter, & sacramentaliter simul **EXHOC**, quod in signum perfectissimi amoris trado, vt sumere possitis **OMNES**: ⁱ nam omnes desidero, vt edentes de vno pane, ^l vnumque participantes sacramentum, sitis vnum in vnitatem pacis, & charitatis

^a Ioan. 12.

& 17.

^b Iren. lib.

4. cap. 34.

^c Iustin.

apolog. 2.

pro Christ.

circa fin.

& Iren. 1.

6. cap. 34.

^d S. Thom.

3. p. q. 78.

ar. 1. ad 1.

^e Gabriel

lect. 34. in

Can. Miss.

^f S. Aug.

tract. 26.

in Ioan. &

S. Thom. 3.

p. q. 81. ar.

2. ad 2. &

Patres cõ-

muniter.

^g Gab. ibi.

^h Iren. ibi.

ⁱ Florus

Mag. in

exp. Miss.

1. Cor. 10

tatis: & ideo dico, vt manducetis, quia
HOC, non hic, sed hoc, quod istis spe-
 ciebus continetur, & sub istis vobis eden-
 dum propono, **EST**, non significat,
 sed est **ENIM** a verè & realiter per inef-
 fabilem conuersionem, in fine prolationis
 horum verborum factam, **CORPVS**
MEVM, verum, & naturale, ^b ex Ma-
 ria Virgine genitum.

50. Hæc verba, *Ex hoc omnes*, ^c Ioan-
 nes Stephanus Durantus ab Euangelistis o-
 missa fuisse & ab Apostolis, qui conse-
 crationi interfuerunt addita dicit. Nescio
 tamen, quo fundamento, cum d. S. Mat-
 thæus horum verborum meminerit, saltem
 in consecratione calicis. Id quod sufficit,
 si consideramus Euangelistas in Euangelio
 nihil otiosum posuisse, nec aliquid bis re-
 petiisse absque urgente necessitate. Quod
 adeò est verum, vt ^e Cardinalis Bessarion
 & expositores sacræ Scripturæ, & Missæ
 communiter notent: & Euangelistas, &
 Ecclesiam in referendo hoc christi Domini
 factum vti figurata loquutione, quæ hyste-
 rologia dicitur. Nam cum in rei veritate
 factum fuerit, ad modum dictum, (vt om-
 nes fatentur Doctores, & ipse rerum ordo
 petit,) coniungunt omnia verba simul,
 quia vt sic commodius referuntur in scripto
 ab Euangelistis & locutione à celebrante:

a Oës Ca-
 tholici, &
 signanter
 Bellar. lib.
 1. de Euch.
 à cap. 8.

b Symbol.
 fidei.

c d. lib. 1.
 de rit. Ec-
 cl. f. c. 38.
 num. 19.
 d Matt. 26.

e libr. de
 Euchar.

a de diu.
offic. cap.
de celebr.
Missæ.

b S. Thom.
3. p. q. 78.
art. 2. &
communi-
ter omnes
Scholasti.
in 4. d. 8.
vel 11.

c libr. 4. de
Sacram.
cap. 4.

d Opuscu-
4.

licet consecratio corporis, quidquid a Al-
cuinus & alij dicant, præcisè fiat solis essen-
tialibus verbis, quæ sunt sola hæc. b

HOC EST CORPVS MEVM.

Quare à Sacerdote summa cum attentione
& reuerentia proferenda sunt.

51. Sed vt ista altius repetamus, & vt
profundius ab omnibus percipiantur, oportet
consideremus, non tam proprio, quàm
Christi Domini ore consecrationis verba,
à celebrante pronuntiari, quia dum illa,
profert summi Sacerdotis Christi Iesu of-
ficio fungitur. Consecratio namque, vt
ait c S. Ambrosius, Domini Iesu sermo-
nibus fit. Nam per reliqua omnia, quæ di-
cuntur (in Missa videlicet) laus Deo ide-
fertur; oratione petitur pro populo, pro
Regibus, ac pro cæteris: vbi venit, vt
conficiatur venerabile Sacramentum, iam
non suis sermonibus Sacerdos, sed sermo-
nibus Christi Domini vitur. Quibus cum
debita intentione à Sacerdote prolatis, pa-
nis & vinum (vt verbis d D. Thomæ vtar)
in corpus & sanguinem Christi transubstan-
tialiter conuertuntur, & christus Deus, &
homo perfectus, & in tanta quantitate,
quanta fuit in cruce, & est in coelo sub mo-
dici panis specie taliter continetur, vt man-
duce-

ducetur à fidelibus & minimè laceretur .
 Taliter continetur , vt diuidantur species ,
 Christus verò Dominus integer perseue-
 ret ; quia nec augetur ex augmento , vel
 pluralitate specierum , nec ex ipsarum par-
 uitate aut paucitate minuitur . Taliter con-
 tinetur , vt diuisis speciebus sub quauis di-
 uisionis particula totus Christus Dominus
 integer perseueret . Taliter continetur , vt
 accidentia etiam sine subiecto in eodem
 existant , & absque panis & vini substantia ,
 eundem effectum habeant , ac prius , sa-
 tiando & inebriando . Taliter continetur ,
 vt fides locum habeat , dum visibile inuisi-
 biliter sumitur sub aliena specie occultatum ,
 & sensus à deceptione redduntur immunes ,
 qui de accidentibus iudicant sibi notis .
 Quid igitur hoc mysterio mirabilius , in
 quo tot , tantaque adunantur mysteria ?
 Quid hoc Sacramento salubrius , a quo
 purgantur peccata , virtutes augentur , &
 mens omnium spiritualium charismatum
 abundantia impinguatur ? Quid hoc conuiuio
 suauius , b in quo Christus sumitur , reco-
 litur memoria passionis eius , mens imple-
 tur gratia , & futuræ gloriæ nobis pignus
 datur ? O insigne miraculum ! exclamat
 c Stephanus Eduensis , O admirabile & di-
 uinissimum Sacramentum ! quæ mens non
 expaueat ? quis intellectus non deficiat ?

a S. Thom.
loc. cit.

b Eccl. in
offic. corp.
Christi.

c de Sacra.
altar. c. 13

Omnis sensus hebescit, omnis ratio euanes-
 cit, prorsus Dialecticorum inquisitio ab-
 fit: hoc sola fides probat & agnoscit, quia
 cibus hominum fit; cibus Angelorum. Quod
 Sacerdos eleuat, non deponit: Ele-
 uatum, & depositum idem videntur esse
 in specie, colore, & sapore: prorsus tamen
 aliud apparet, & aliud intrinsecus latet:
 Eleuatus est de altari panis communis, de-
 ponitur caro Christi immortalis. Quod
 erat cibus animalis, factum est cibus spiri-
 tualis: quod erat momentanea refectio ho-
 minum, factum est æterna, & indeficiens
 saturitas Angelorum. Verè in hoc mira-
 bili Sacramento, vti sanctus dixit, ^a Dio-
 nyfius Areopagita, consummatio, ac per-
 fectio est sacramentorum omnium, ^b Quo-
 niam non solum signum est, & causa gra-
 tiæ hominibus conferendæ, sed ipsum etiam
 fontem, & auctorem gratiæ in se continet,
 sub speciebus panis & vini latentem: vt inef-
 fabili quodammodo nobiscum vniatur, &
 vsque ad societatem germanissimam nos
 sibi coniungat, vt ^c Cyprianus ait. Id
 enim vnigenitus Dei, qui humanam natu-
 ram ineffabiliter sibi coniunxit, vt per se
 ipsum salutem hominum operaretur: vt tan-
 ti mysterij eosdem, quoad fieri possit, par-
 ticipes faceret, seipsum in animæ & corpo-
 ris mirificam escam ac refectioem donare

*a de Eccl.
 Hierar.
 cap. 3.*

*b Franc.
 Suárez in
 3. p. D. Th.
 tom 3. in
 proœm. de
 Euchar.*

*c serm. de
 cœna Do-
 mini.*

non est designatus : Opus enim gratiæ , vt significauit *a* Damascenus , quod per regenerationis lauacrum in nobis inchoat , & per confirmationis sacramentum perficit , per seipsum conseruat , fouet , nutrit , & vsque ad ultimam perfectionem hoc admirabili cibo perducit . Ob hanc enim causam , ait *b* Gregorius Nyssenus , in escam se nobis proponit is , qui semper est , vt accipientes illum in nobis , id efficiamur quod ipse est ; caro siquidem Verbi , quæ in hoc cibo inest , non vnã aliquam gratiam habet , quin potius dulcis efficitur gustantibus , appetenda capientibus , & diligentibus amabilis . Magno igitur cum tremore , magna cum attentione , & reuerentia pronuntianda sunt consecrationis verba , *c* cum Christi Domini sint , & *d* quasi in illius persona pronuntientur , & illorum pronuntiatione tota panis & vini substantia , *e* absque annihilatione illius , totaliter desinit esse , & in verum corpus , verumque sanguinem Christi Domini diuinitus conuertuntur .

52. Oportet tamen , quemadmodum & merito aduertit *f* Gabriel , vt particulari cura caueat celebrans , ne hostiam aut calicem multum eleuet ante consecrationem , ne circumstans populus ex ignorantia hostiam aut calicem nondum consecrata adoret .

a libr. 4. de
fine Or-
thod. c. 14.

b in cap. 3.
Ecclesia.
Res .

c S. Ambr.
l. 4. de Sa-
crum. c. 4.
d S. Thom.
3. p. q. 78.
art. 1. in
corp.
e commu-
nior opi-
nio Docto-
rum 3. p.
q. 75. aut
in 4 d. 11.
f l. 67. 37.
in canon.
Missæ .

Sed

a lect. 50.
in canon.
Missæ.

53. Sed quoniam Sacerdos, ut ipse addit a Gabriel, populum gradu excedit, & officio, primo loco & pluries æquum est, ut ipse Eucharistiam adoret, ac proinde & statim ac consecrationem perficit, & postquam populo Eucharistiam adorandam ostendit, debet genua humiliter, & reuerenter flectere, Eucharistiam adorando; non vocali sono, sed corde sursum acto, & considerando maiestatem illius, quem manibus tenet.

b de Eccl.
Hierar.
cap. 3.
c libr. de
Spir. scto
cap. 17.
d libr. 2. de
rit. Eccl. 1.
cap. 40. n.
2. & 3.
e in theor.
rerum Ec-
clesiastic.
f in opusc.
de expos.
Missæ c. 4.
g Exod. 29
Leuit. 9.
Num. 6. &
alibi.
h Ps. 93.

52. Surgens post adorationem eleuat hostiam, primò ut illam populus adoret. Ita b sanctus Dionysius, c sanctus Basilius, & alij relati à d Duranto: secundò, ut repræsentet eleuationem Christi Domini in cruce. Ita e sanctus Gennadius: tertio & principaliter, ut ait f sanctus Bonauentura, qui plures alias adducit rationes, ut illam non explicitè, (quemadmodum postea facit) sed implicitè offerat Deo Patri, ad gratiam illius, quam peccatis nostris perdimus, obtinendam. Nam, eleuare aliquid in conspectu Dei, idem est, ac illud Deo offerre, misericordiam implorando, ut constat ex g sacra Scriptura. Quare dum hostiam, & calicem eleuat Sacerdos in Missa, non voce, sed mente debet Patri æterno dicere; h Respice in faciem Christi tui Domine sancte

Pater

Pater, & à esto placabilis super nequitia, *Exod. 32*
populi tui.

55. Hanc Eucharistiæ sanctissimæ eleuationem prophetasse Dauid, b dum dixit, & erit firmamentum in terra in summis montium: vel vt sanctus vertit c Hieronymus, erit memorabile triticum in terra in capite montium: affirmant d Lyra, & e Paulus Burgensis cum alijs, & probat f Durantus ex Rabbi Ionatha, qui ante Christum Dominum vixit, & dicta verba paraphrasi illustrauit, dicens; placenta panis fiet sacrificium in capitibus Sacerdotum, qui sunt in Ecclesia. In capite autem eleuationis huius vsum temporibus Apostolorum colligitur ex g sancto Dionysio Areopagita, & semper fuisse continuatum ex traditione Ecclesiæ, & ex dictis h sancti Basilij constat manifestè.

b *Pf. 71.*c *in Pf. 71.*d *in post. ad Pf. 71.*e *in addit.*Lyra *ad**Pfalm. 71.*

addit. 2.

f *libr. 2. de**rit. Eccles.*

c. 40. n. 1.

g *loc. cit.*h *ubi sup.*i *Pralud.*

3. n. 13.

56. Dum sacra eleuatur Eucharistia, ab Acoluthis cerei, quos antea accenderant, manibus tenentur, & squilla pulsatur, & in Missis solemnibus, vel à Subdiacono, vel ab alio Ministro ipsa sacra thurificatur oblatio; aut ad maiorem reuerentiam & venerationem, vti i supra diximus, aut ad denotandum in thurificatione signo sensibili immensi huius sacrificij, quod Deo gratissimi odoris est loco, efficaciam,

Nam

Nam thurificatione illa non verbis, sed factis dicitur, quod sicut suavis fumus ex crematis aromatibus procreatur, sic ex humanitate sanctissima Christi Domini igne amoris in cruce cremata, & in Eucharistia oblata suavissimus fumus satisfactionis, & meriti exoritur: de quo plus satis, quam de holocausto Noe, a odoratus est Dominus odorem suavitatis, aut ut b Pagninus vertit ex hebræo, odorem quietis, hoc est, quiescere facientis iram Dei, ut declarat c Varablus. Nam illud Noe sacrificium, ex fide tantum, & ex deuotione, offerentis, sicut notauit d Lyra, Deo vero fuit placitum: istud autem ex se ipso habet, vnde ipsi Deo placeat; & vnde suscipiat Dominus Deus cum beneplacito oblationem eius, uti e Paraphrasis Chaldaica transtulit, cum in illo offeratur Filius ipse unigenitus, agnusque immaculatus, f in quo sibi Pater æternus complacuit.

57. Pulsatur denique squilla secundum g Durandum, ut illius sonitu populus assistens præmonitus Deum adoret. Ad quod etiam vbilibet ex institutione Gregorij IX. sicut ex Nauclero refert h Durantus, & in Archiepiscopatu Mediolanensi particularius ex ordinatione i S. Caroli Borromæi, maior campana pulsari solet, cum corpus Iesu Christi Domini sustollendum est

a Gen. 8.

b in cap. 8

Gen.

c in schol.

ad cap. 8.

Genes.

d in postil.

ad cap. 8.

Genes.

e in cap. 8.

Genes.

f Matt. 17.

g in rat. 1.

4. cap. 41.

num. 52.

h lib. 2. de

rit. Eccles.

c. 40. n. 17.

i Synod.

Diæces.

Mediol. 2.

decret. 11.

est in Missa conuentali , & in ea item Missa , quæ in vnaquaque Parochiali Ecclesia à Parocho celebratur ; vt fideles , qui in Ecclesia Missæ sacrificio tunc non interfunt , admoniti ad tanti , tamque magni mysterij ac beneficij recordationem animum excitantes , mente supplici religiosas preces piè adhibeant . Monet namque campanæ sonus , vt ^a Iuo Carnotensis docet , quando illa singularis hostia pro nobis redimendis in ara crucis oblata per noui sacerdotij ministros in Domini mensa , quotidie consecratur . Et ideò eodem modo , ac in veteri Testamento , ^b quando habebant epulum , canebant tubis super holocaustis , & pacificis victimis in recordationem Dei ; cum Ecclesiæ epulum , vt ^c Rupertus aduertit , sit corporis Domini sacramentum , ad ipsius recordationem est squilla pulsanda , dum in Missa eleuatur . Maximè cum tali sono , quem admodum ^d Petrus Mexia scripsit , eò quòd à prima sui inuentione ad veri Dei cultum fuit dedicatus , demones fugentur , & Christi fideles attentis ac spiritu hilari redantur .

58. Post hostiæ eleuationem accedit sacerdos ad consecrandum sanguinem ; & discooperiendo calicem , vt vinum benedicendum , & transubstantiandum appareat , & absque

D d alte-

a *epist. 161*

b *Num. 10.*

c *libr. 1. in Num. c. 27*

d *in sylu. var. lect. libr. 2. c. 10*

a *Gabriel*
lect. 52. in
can. Miss.

b *can. Li-*
quido de
consecr. di.
 2. & *Fræc.*
Suariz in
 3. p. S. *Tb.*
tom 3. disp.
 68. *sect. 3.*

c *Concil.*
Carthag.
 III. *cap. 29.*
 & *Concil.*
African.
sub Bonif.
 I. *cap. 8.*

d *S. Aug.*
epist. 118.
ad Ianuar.
cap. 6. & 7.

e *Gab. ibi.*
 f *Alcuin.*
de diu. offi.
 6. *de celebr.*
Missæ.

g *Odo Ca-*
mer. in
can. Missæ
dist. 3.

h *Alc. ibid.*

alterius corporis solidi interpositione om-
 nino fiat consecranti præsens, illumque be-
 nedicens, ac parum eleuatum tenens di-
 cit SIMILI MODO, sicut in
 corporis consecratione quantum ad cau-
 sam ⁽¹⁾ virtutem ⁽²⁾ & ceremonias fecerat;
 eadem hora & die, sed POST QVAM
 COENATVM EST, sicut non quod
 post alios cibos, vt aliqui volunt Hæretici,
 & non ⁽³⁾ ieiunis, vt facit, & iubet c Ecce-
 sia, sit Eucharistia sumenda: d sed ad ma-
 iorem commendationem, quia vltimo di-
 cuntur loco, vehementius commendantur,
 & cordibus magis infiguntur; ACCI-
 PIENS Christus Dominus HUNC
 ipsum PRAECLARVM, & non
 figuralem, sed præ alijs clarum & desidera-
 bilem, ac salutiferum CALICEM ve-
 ri sacrificij contentiuum, quem quotidie
 Catholicus sacrificat Sacerdos, & t est
 idem cum illo, quem christus Dominus
 consecrauit, & Apostolis tradidit; non
 numerali entitate, sed in specifica vini con-
 tinentia; & g propter vnitatem fidei, &
 illius cui, & in cuius honorem fideliter of-
 fertur; h & quia vnus vbique est panis
 corporis Christi Domini, & vnus calix san-
 guinis eius: sicuti vnicum est ipsius Chri-
 sti Domini corpus, vnusque illius sanguis;
 quem sumpsit in utero Virginis, dedit Apo-
 stolis

stolis, & nobis dat quotidie: Vnde a com-
 paratione ad illum, quem obtulit Melchi-
 sedech **P R A E C L A R V M**, & om-
 nibus figuralibus sacrificijs clariorem, me-
 rito istum nominamus **C A L I C E M**,
 b quo sanguis offertur immaculatus, nulla
 peccati nebula tectus, & quem Christus
 Dominus accepit **I N S A N C T A S**,
 c omniaque sanctificantes, **E T V N E -**
R A B I L E S, summa patriæ veneratio-
 ne, quia diuinas propter unionem hypo-
 staticam **M A N V S S V A S**, d quibus
 accipiendo calicem vini, ipsum de vite
 vinum pro materia consecrationis sangui-
 nis sui designauit & constituit. **I T E M**
 eodem modo, ac prius corpus consecran-
 do fecerat, **T I B I** æterno Patri, **G R A -**
T I A S A G E N S, vt & nos faciamus si-
 militer, **B E N E D I X I T** e formam
 proferendo, vinum consecrando, & in
 sanguinem suum conuertendo, **D E D I T -**
Q V E nimia charitate & amore; non ta-
 men omnibus indifferenter; sed **D I S C I -**
P V L I S S V I S, quos ordinabat Sacer-
 dotes, f vel iam in Sacerdotes ordinatis,
D I C E N S, vt notarent & aduerterent
 mysterium, **A C C I P I T E** in officium
 consecrandi, & dispensandi, **E T B I -**
B I T E ad augmentum cœlestis deside-
 rij, **E X E O** potu cœlesti & diuino, quem

a *Odo l. c.*b *Florus in
expof. Mis-
sæ.*c *Gab. ibi.*d *omnes
Cathol. in
4. diff. 11.
vel 3. p. 9.
74.*e *S. Thom.
3. p. 9. 78.
ar. 1. ad. 1.*f *Gab. lo c.*

a Concil. Trid. sess. 21. cap. & can. 1. 2. & 3. de cōmu. sub utraq. spec. & Cathec. Ro. p. 2. c. 4. n. 65. & 66. b 1. Cor. 11 c Omnes Cathol. 3. p. q. 75. aut in 4. dist. 9. vel 12. d Remig. de celebr. Missæ. c Io. 1. n. 15
 vobistrādo, O M N E S a Sacerdotes, sine personarum acceptione; sed non sine meritorum discretione: nam qui manducat, & bibit indignè, iudicium b sibi manducat, eò quòd non dijudicat, quia H I C liquor nimirum existens sub specie vini, consecratione peracta, E S T E N I M c verè, & realiter C A L I X; hoc est, potus S A N G V I N I S M E I veri, & naturalis, qui & veteris testamenti est terminatiuus, & confirmatiuus N O V I, cuius institutione verus antiquatur per d nouam dilectionem, qua vsque ad mortem (e quod summæ est charitatis) in nouissimis Sanctorum temporibus vos diligo, tribuens vobis calicem sanguinis mei, noui, ac vos per fidem innouantis, & nouissimi, nunquamque transitori, quia E T A E T E R N I, cui nullum aliud succedet, nam f quos à vetustate innouo, ad æternam hæreditatem perduco dispositione huius T E S T A M E N T I, & ordinationis admirabilis, in qua fit M Y S T E R I V M, g in quo salus vestra consistit, h latens tamen & secretum, quia F I D E I, i quæ credit quod intus est occultum, & non apparet, siquidem l post consecrationem apparet vinum, & est verus sanguis meus, Q V I m verè & realiter in hoc calice continetur, &

f Florus ubi sup.

g Remig. ubi sup.

h Flor. lo. c.

i Odo Camer. ibid.

l Rem. lo. c.

m Concil. Trid. sess.

17. can. 1.

de Euchar.

PRO VOBIS Discipulis & a Apostolis
meis, vt pote prædestinatis ad vitam æ-
ternam; ET PRO MVLTIS in
fide formata permanentibus efficaciter:
immo verò pro omnibus absque delectu,
quoad sufficientiam, EFFVNDETVR
semel (vt iam fuit factum) in cruce cruen-
tè; & quotidie (vt fit) in Altari incruen-
tè, IN REMISSIONEM, &
satisfactionem PECCATORVM,
quia ex parte mea b volo omnes homines
saluos fieri, & ad agnitionem veritatis ve-
nire, & per ipsos tantùm stat, c qui nolunt
intelligere, vt benè agant.

59. Prolatis verbis consecrationis de-
ponit Sacerdos calicem super corporale,
& genuflexus primus omnium illum ado-
rat, dicens interea secretè verba quæ-
dam mysteriosa, quæ breuiter explicata
sequuntur.

60. H A E I C; d quæ feci meum
corpus, meumque sanguinem consecran-
do, QVOTIESCVNQVE, ne
e obliuiscamini quod semel factum est, ce-
lebrando FECERITIS, vos scilicet mei
Discipuli, & vestri in sacerdotio legitimi suc-
cessores, IN MEI sacrificij tunc offeren-
di, & modò iam oblati, MEMORIAM,
f non in reiterationem, sed in representatio-
nem, & commemorationem passionis meæ,

cuius

a Maur.
Hilaret.
hom. Dom.
4. Aduent.
in fine.

b 1. ad Ti-
moth. 2.

c Ps. 35.

d Gabriel
lect. 53. in
Can. Miss.
e Can. se-
mel. 1. de
consecrat.
dist. 2.

f Can. in
Christo. &
can. itera-
tur de con-
secr. dist. 2.
& Theod.
in c. 8. epist
ad Hebr. et
Anselm. in
cap. 11.
1. ad Cor.
& alij.

*a Durant.
li. 2. de rit.
Ecl. cap.
14. n. 12.*

cuius oblatio hæc signum est rememoratiuum FACIETIS, hoc est, offeretis aut a sacrificabitis consecrando sanguinem seorsum à corpore, ut melius memoretis passionem meam, in qua sanguis à corpore separatus fuit.

*b 3. p. q. 78.
art. 1. & 3.*

91. Plures tam in Missa priuata, quam in solempni, & ab ipso celebrante, & à ministrantibus ceremoniæ fiunt, dum calix consecratur, & eleuatur. Primum ad representandum Christi Domini factum, & verborum correspondentiam; deinde ob mysticam significationem & decentiam, ac reuerentiam tanti sacramenti. Sed cum etiam dictis sufficienter explicatæ sint; duo præcisè annotanda duxi. Primum est, non omnia verba superius posita esse de essentia formæ consecrationis sanguinis, secundum veriorem opinionem b S. Thomæ, vsu Ecclesiæ Romanæ, & definitione Innocentij III. comprobata, ista dumtaxat.

HIG EST ENIM CALIX
SANGVINIS MEI NO-
VI ET AETERNI TE-
STAMENTI MYSTE-
RIVM FIDEI, QUI
PRO VOBIS ET PRO
MVLTIS EFFVNDETVR
IN

IN REMISSIONEM PECCATORUM.

In his namque, vt breuiter huius rationem attingamus, explicantur illa omnia, quæ Christus Dominus in confectioe huius Sacramenti, a quod Dominicæ passionis memoriale est, explicari voluit, nimirum, vera ac realis sanguinis ipsius Christi Domini præsentia, & memoria passionis ipsius, atque talis passionis effectus quantum ad confirmationem noui testamenti, & remissionem peccatorum. Nec sufficit prima significatio sine secunda, b sicut nec in Baptismi forma, eò quod est fidei iactura & professio sufficit ablutionis significatio, sine explicita Trinitatis inuocatione. Unde omnia notata verba (sicuti supra etiam de verbis consecrationis corporis diximus) debent à Sacerdote magna cum attentione & reuerentia pronuntiari.

62. Aduertendum est deinde, in illis verbis, quæ post consecrationis formam annectuntur, vtputà, *Hæc quotiescunque*, &c. secundum sanctum c Dionysium Areopagitam, & sanctum d Martialem, esse præceptum Christi Domini de conficiendo hoc Sacramento. Qua ratione illis Sacerdos verbis quasi seipsum excusat de audacia quam habuit in accedendo ad tam

a 1 Cor. 11

b S. Thom.
3. p. q. 66.
art. 6. &
cõmuniõ
opinio ibi
aut in 4.
dist. 3.

c de Eccl.
Hierar. c. 8.
d epist. ad
Burdeg. c. 31

tremendum & venerandum opus . Vnde
dicere post consecrationem , *Hæc quo-*
tiescunque feceritis , in mei memoriam fa-
cietis ; idem est ac dicere Christo Domi-
no , si audacia est , feci tamen Domine quod
iulsisti .

63. Adimplens autem Sacerdos hoc
Christi Domini præceptum : nedum rebus
in ipsa oblatione corporis , & sanguinis ip-
sius , sed etiam verbis : Postquam calicem
populo adorandum ostendit , ipsumque
iterum in altare collocavit , iterumque
adoravit , a faciens memoriam Dominicæ
Passionis , Resurrectionis , & Ascensionis ,
prosequitur conuersus ad Patrem : V N-
D E . b quia præcepit nobis Filius tuus
& Dominus noster Christus hoc facere in
sui memoriam , E T oportet illius obedi-
re mandatis , M E M O R E S intellectu ,
fide , & charitatis desiderio , ac feruore ,
D O M I N E , sancte , & clementissime
Pater , N O S Sacerdotes S E R V I
T V I , qui ad sacrificandum ordinis mini-
sterium accepimus , S E D E T simul
P L E B S T V A , hoc est , tota commu-
nitas populi Christiani , c quæ agit voto ,
quod Sacerdotes peragunt ministerio , &
dicitur ; ac est S A N C T A , d quia
Sacramenti pacificata , & sanctis legibus est
imbuta , E I V S D E M C H R I S T I ,
cuius

a S. Ambr.
libr. 4. de
Sacram.

cap. 6.

b Innoc. III

libr. 1. de

Missa c. 1.

c Gabriel

lect. 54

in canon.

Missa.

c Innoc. 3

libr. 5. de

Mis. cap. 3.

cuius corpus, & sanguinem consecratione confecimus, **F I L I I T V I**
 a naturalis, & consubstantialis **D O-**
M I N I omnium rerum per creatio-
 nem, gubernationem, & specialiter
N O S T R I per redemptionem,
T A M B E A T A E P A S-
S I O N I S, quæ fuit causa me-
 ritoria nostræ felicitatis, & salutis, & b
 nihil est dignius, vel salubrius, quàm
 illam memorari, c nihilque magis in no-
 bis charitatem accendit, quam recolere
 Christum Dominum, d factum pro no-
 bis obedientem vsque ad mortem crucis,
 & in cruce mortuum e propter delicta
 nostra, vt f mortem nostram morien-
 do destrueret, **N E C N O N**, &
 simul sumus memores, g **A B I N F E**
R I S, ad quos descendit in triduo mor-
 tis, h educens Patres è tenebris & um-
 bra mortis sedentes, **R E S V R R E-**
C T I O N I S, i qua nostræ resur-
 rectionis spem confirmavit. Nam taliter
 l resurrexit propter iustificationem no-
 stram, taliterque m vitam nobis resur-
 gendo reparauit, vt simul ostenderet quod
 sicut n per hominem mors, ita & per ho-
 minem resurrectio mortuorum, & quod
 sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in
 Christo omnes viuificabuntur. **S E D**

E e E T

a Gab. lo. e.

b Remig.
de celebr.
Missæ.

c Innoc. 3.
libr. 5. de
Missæ c. 1.
d Ad Phil.

2.
e Ad Ro. 4
f Eccl. in
præf Re-
surrection.

g Symbol.
Apostol.
h Ps. 106.

i Gab. lo. c.

l ad Rom. 4

m Eccl. in
vbi sup.

n 1. Cor. 15

E T adhuc sumus memores , I N
a Mar. ult. C O E L O S , super choros Ange-
 lorum , a vsque ad dexteram tuam
 G L O R I O S A E , & vnde-
 quaque triumphalis A S C E N S I O -
b Lyr. in c. N I S *b* virtute propria , tum ratio-
15. Marc. ne diuinitatis , quæ omnia potest , tum
 ratione humanitatis gloriosæ , per do-
 tem agilitatis , & corpore & anima fa-
 ctæ , *c* qua nostra lætificatur spes ; *d* nam
c Innoc. 3 ascendens in cælum , viam nobis ascenden-
libr. 5. de di patefecit , *e* & captiuam duxit captini-
Missa r. 1. tatem , deditque dona hominibus , vt *f* vbi
d Rem. 10 c. est ipse , illic & ipsius ministri sint . In
e Psal. 67. hac ergo Dominicæ Passionis , Resurrectio-
et ad Eph. nis , & Ascensionis memoria , vt explicitam
4. hostiæ & calicis oblationem faciamus , &
f Ioan. 12. ex hac parte apertius rationem sacrificij
 adimpleamus O F F E R I M V S cum
 reuerentia & timore P R A E C L A -
 R A E & in infinitum plusquam splendor
 ipse præfulgendi M A I E S T A T I
 T V A E , *g* cui soli , vt vero Deo debe-
 tur oblatio , & sacrificium D E T V I S
g Suarez D O N I S A C D A T I S , hoc est ,
in 3. p. S. de corpore & sanguine Filij tui & Domini
Thom. to. 3 nostri Christi , quæ & dona sunt & data :
disp. 73. *h* Nam si donum est , quod dari potest , &
per totam. paratum est dari , & est datum quod in
h Durant. alterius possessionem iam est translatum ;
li. 2 de rit. *h* Nam si donum est , quod dari potest , &
Eccles. cap. alterius possessionem iam est translatum ;
42. n. 3. *h* Nam si donum est , quod dari potest , &
 dona

dona, & data tua erunt Filij tui corpus & sanguis. Dona in cælum, datum verò in terra: dona apud te in Paradiso, data super altare in Sacramento. Dona nuda & aperta in Ecclesia triumphante, data recta & occulta sensibus in hac militante Ecclesia; vbique tamen eadem & vera: Vnde de donis quæ in cælis expectamus, factis in terra per consecrationem datis, tibi æterno Deo offerimus **H O S T I A M P V R A M**, a non carnalem, quales erant veteris legis squalloribus, nidoribusque plenæ, sed puram, quia quamuis vera sit caro, est vnita b diuinitati, quæ est lux purissima nos illuminans. **H O S T I A M S A N C T A M**, c non tantum ratione typi & significationis; sed quia per se & in se sancta, d omni gratiarum plenitudine referta, & e tollens non vnus, sed omnium hominum, totiusque mundi peccata. **H O S T I A M I M M A C V L A T A M**, f de immaculata Virgine, sine viro, sola virtute diuina ex g Spiritu sancto immaculatè conceptam, & natam; ac in hoc mundo vndequaque immaculatè conuersatam, cum nec fecerit, nec facere potuerit peccatum. nec dolus inuentus fuerit in ore eius: **P A N E M**, idest, cibum **S A N C T V M**, h descendentem de cælo, & veram sanctitatem fumentibus

a Odo Camer. in expof. Missæ dift. 3.

b Gabriel l. Et. 54. in can. Missæ.

c Odo ibid.

d Gab. ib.

e Ioan. 1.

f Odo loc. e.

g Syn. bol.

fid. i.

h Ioan. 6.

^a *Eccles. in offic. de Euchar.*

^b *Omnes catholici*

p. q. 75.

aut in 4.

dist. 9. vel

12.

clib. 2. de

rit. Eccles.

cap. 42. n. 1

de pistol. 1.

ad Orthod.

cap 4.

e hom. in

Leuit.

flib. 4. de

Sacram. c.

6.

gli. 8. cōst.

Apost. c. 12.

tibus, vt oportet tribuentem, & continen-
tem in se felicitatem V I T A E A E-
T E R N A E, a cuius est pignus ineffa-
bile ex parte sua dignè illum gustantibus;
& denique offerimus C A L I C E M,
qui germinat virgines inebriat sobria, &
spirituali iucunditate, & perseuerantibus
vsque in finem latitiam tribuit semper, ac
perpetuò mansuram; nam est potus S A-
L V T I S P E R P E T V A E, ^b cum
verum ac realem Christi tui sanguinem
cont neat.

64. Dum hanc orationem, (quæ ab
Apostolis habuisse initium, haud insuffi-
cienter colligitur ex his, quæ adducit e
Durantus vtputà in liturgijs sancti Clemen-
tis, & sancti Basilij, similem fieri comme-
morationem, illiusque meminisse d Ale-
xandrum I. e Origenem, & alios antiquis-
simos Patres; immo etiam f sanctum
Ambrosium, & g sanctum Clementem
Romanum omnia fere illius verba retulisse)
dicit sacerdos, quinque facit cruces;
tres coniunctim super vtramque speciem,
& duas seorsum super hostiam vnam, & al-
teram super calicem, propter correspon-
dentiam ad verba; quæ secundùm Alexan-
dram de Ales, non pertinent ad conse-
crationem iam perfectam per verba: Ve-
rùm ad Passionem Christi Domini, quæ
post

post consecrationem Eucharistiæ, ab ipso Christo in cœna factam est consummata, recolendam. Vnde vti addunt a Innocentius III. b sanctus Thomas, c Stephanus Eduensis, & d Florus Magister, has facimus cruces, non vt eum, a quo est omnis sanctificatio, sanctificemus, sed vt commemoremus acerbiorẽ speciem illius Passionis, cuius se memorem fatetur Ecclesia; quinque vulnera pendentis in cruce, duo manuum, duo pedum, & quintum lateris, sœbilitẽ, & deuotẽ quinque crucibus representando.

65. Prosequitur deinde Sacerdos inceptam oblationem, declarans quomodo, & ad quæ velit suam oblationem à Deo acceptari, sequenti oratione, quæ incipit: *Supra quæ propitio*: quam non esse nouam, vt falsò contendunt Heretici, sed ex Apostolica traditione in Ecclesia introductam, fuisse; probatur ex e sancto Clemente Romano, & ex f sancto Basilio; In illa nihilominus, vt dicunt g Beda, h Rupertus, i Berno, & alij, Leo I. addidit illa verba: *Sanctum sacrificium, immaculatam hostiam.*

66. Est tamen contra Hæreticos notatione dignum, nos tali oratione non petere, vt mediante isto sacrificio Deus Pater concilietur vnigenito Filio suo, sed vt concilietur

a *libr. 5. de Missa c. 1.*
 b 3 p 9. 83
 ar. 5. ad 3.
 c *de Sacr. altar. c. 17.*
 d *in exp. Missæ.*

e *in latur. & libr. 8. const. Apo. cap. 12.*
 f *refertur a Bessario. ne libr. de Euch. Sacr. g in Martyrolog. h libr. 2. de diu offic. cap. 21.*
 i *l. de Miss. cap. 33.*

a in rat. li.
4. c. 43. n. 9
b lib. 2. de
Missâ c. 24.
arg. 2.
c tom. 1. li.
10. ca. ult.
dub. 5.
d Odo Ca-
mer. in cã.
Missâ dist.
3.
e Gabriel
lect. 55 in
can. Miss.

f Rem. de
celeb. Mis.

g S. Thom.
3. p. q. 81.
ar. 4. ad 8.
& Alex.
Alens. 4. p.
tract. de
Missâ, &
omnes.

cilietur nobis, quemadmodum dixit a Du-
 randus, & probant b Bellarminus, & c
 Azorius, & ex ipsius orationis verbis pa-
 tet, nam illorum sensus est, qui sequi-
 tur.

67. Obsecramus igitur te Domine, &
 Pater sancte (vt d qui de merito nostro dif-
 fidimus, maiestate tanti sacrificij adiuue-
 mur) vt **S V P R A** e relata dona & da-
 ta, **Q V A E** modò tibi offerimus, & sunt
 verè corpus & sanguis Ili, tui **P R O P I-**
T I O, & placabili ad remissionem pec-
 catorum nostrorum, **A C S E R E N O**
 benigno & hilari **V V L T V** declarante
 bonitatis, & pietatis tuæ præsentiam, f
 quia esto vultus tuus nunquam mutetur, &
 esto vbicunque semper sis præsens, cum
 celum terramque impleas; tunc serenas, &
 illuminas vultum tuum super nos, ac nobis
 specialiter adstas, quando declaras super
 nos misericordiam tuam, dasque nobis sa-
 lutare tuum; vti humiliter imploramus me-
 dia hac oblatione, quam petimus **R E C I-**
P E R E illam approbando, & acceptan-
 do **D I G N E R I S** tua bonitate, & cle-
 mentia. **E T** ita respicias petimus, vt si-
 mul digneris talia dona & data **A C C E P-**
T A, & grata **H A B E R E**. g Non
 ratione ipsius oblationis in te, aut propriùs
 loquendo, non ratione rei oblatæ, quæ ne-
 quit

quit tibi non esse accepta, sed ratione
 & ex parte nostri, ex quorum sordibus,
 quantum ad vim reconciliatiuam offeren-
 tium, potest a te refurari. Hinc non peri-
 mus, vt dona ista absolutè, & ratione sui
 acceptes, sed vt illa acceptes ratione nostri,
 ita vt tibi acceptabilis hæc hostia sit, pla-
 ceat taliter pro nobis, vt cum offerimus,
 quod tibi placet, placeris & tu nobis, no-
 stramque acceptes oblationem, S I C V-
 T I, hoc est, eo modo, quo A C C E P-
 T A, & grata ex deuotione, & fide offe-
 rentium H A B E R E, & acceptare
 D I G N A T V S E S, tu Pater cle-
 mentissime M V N E R A ^b de primo-
 genitis & adipibus gregis, P V E R I ^c
 non etate, sed simplicitate, ^d non pueri-
 tia, sed puritate, & quia à malitia puri, &
 ideo T V I, tibi que placare studentis; vn-
 de meruit, cum vt ad illius munera respice-
 res, tum habere nomen tui, & I V S T I,
 ac innocentis A B E L, qui ^e rectè ob-
 tulit, & rectè diuisit, cum non se sibi ser-
 uauit, sed se primùm, & deinde munera
 sua tibi, vti eterno Deo obtulit: quare
 illius fides, iustitia, & oblationis acceptio,
^f in lege, ^g in Euangelio, ac ^h ab Apo-
 stolo commendatur. Petimus etiam vt ac-
 ceptes nostra dona, quemadmodum ex
 parte offerentium acceptasti S A C R I-
 F I C I V M

a Odo ibid.

b Gen. 4.

c Flor. in

exp. Missæ.

d Innoc. 3.

libr. 5. de

Missæ c. 4.

e Gabriel,

& Innoc.

locis cit.

f Gen. 4.

g Matt. 23

h ad Hebr.

ii.

a Remig.
ubi sup.

b ad Rom.
4. & 9. &
alibi.

c Gen. 14.
d Lyr in
cap. 14.
Genes.

e Ad Heb.
7.
f S. Hiero.
in qq. He-
brai. 9. &
Lyr. loc. c.

g Luc. 22.

F I C I V M , quo vnigenitum suum
Isaac sacrificare paratus fuit , ac proinde
meruit & nomen & rem P A T R I A R -
C H A E , a non solum Israeliticę plebis ,
sed omnium certę credentium , atque
adeo & N O S T R I , cum & nos filij di-
camur , & simus A B R A H A E , b non
littera , & carne ; sed spiritu & imitatione
fidei . Et tandem petimus , vt nostram
oblationem ex parte offerentium accipias ,
veluti accepisti sacrificium , Q V O D in
expresam huius nostri sacrificij figuram ,
c ex pane & vino T I B I vero Deo , d in
gratiarum actionem pro victoria à te Abrahe
concessa O B T V L I T , ex officio , cum
esset S V M M V S S A C E R D O S
T V V S , e assimilatus per omnia Filio
tuo , manensque sacerdos in æternum .
M E L C H I S E D E C H ille f filius
Noe , alio nomine dictus Sem . Obscra-
mus igitur , vt quemadmodum horum om-
nium ex parte offerentium sacrificia accep-
tasti , sic & acceptare digneris hoc nostrum
S A N C T V M ex parte sua , cum in se
contineat fontem sanctitatis , vnicum ni-
mirum Filium tuum , quem tibi incruen-
tę offerimus in S A C R I F I C I V M
placabilitatis , & in I M M A C V L A -
T A M , atque ab omni peccato immunem
H O S T I A M g ex institutione , &
manda-

à mandato eiusdem Filij tui & Domini nostri Iesu Christi.

68. Explicuit Sacerdos qualiter suum optat sacrificium à Deo acceptari ; declarat deinde ad quæ precatur , ut acceptetur dicens : **S V P P L I C E S** , ut decet coram tanto Deo existentes **T E** , b qui non ex operibus iustitiæ , quæ fecimus nos , sed secundum misericordiam tuam saluare nos voluisti , qua possumus humilitate **R O G A M V S** c pro lapsis , & cum in Filij tui humilitate iacentem mundum erexeris , de tua misericordia confisi pro lapsis humilitatis , poscimus munus salutiferum à te , **O M N I P O T E N S D E V S** , d in cuius ditone cuncta sunt posita , & e cuius voluntati nemo potest resistere . Igitur quia f tibi semper humilium deprecatio placuit , & humiliter deprecamur , **I V B E** , g nam sine tua iussione , immo & h cooperatione nihil potest creatura , iube ergo ut iuxta dispositionem ordinatissimam tuam inferiora reducantur ad superiora per media , **H A E C** l non corpus & sanguinem Filij tui sed fidem memoriam Passionis Christi Domini , & gratiarum actionem , ac vota offerentium , atque fidelium omnium **P E R F E R R I** , & præsentari **P E R M A N V S** , & ministerium **S A N C T I**

a S. Dionys.
Areop. de
Ecl. Hier.
rar. c. 3.

b ad Titum
3.

c Stephann.
l duens. de
Sac. altar.
cap. 13.

d Esler. 13.

e ad Ro. 9.

f Eccles. in

offi. S. Di-

acii Conf.

g Gabriel.

l. et 55. in

can. Missæ.

h Ioan. 15.

S. Dionys.

Areop. de

cœlest. Hier.

rar. c. 7.

l Innoc. 3.

libr. 9. de

Missæ c. 6.

Bellarmin. l.

2. de Missæ

c. 24. ar. 5.

¶ 11. ¶

Azor. 10. 1.

lib. 10. ca.

vlt. q. 5. ¶

aly.

a S. Ambr.
libr. 4. de
Sacr. cap.
ult.

b Eccles. in
or. Angel.

c S. Cyril.
Eremit. in
vit. S. Eu-
thym. S.
Chryf. bo.
in Encen.
S. Gregor.
lib. 4. dial.
cap. 58.

Microlog.
de Eccles.
obser. cap.

11. & alij.
d Odo Ca-
mer. in ca-
non. Missæ
dist. 3.

e Gab. lo. c.

f S. Aug.
ep. 121. c. 9.

ANGELI TVI, vel a Angelorum tuorum, b qui tibi æterno Patri in cœlis semper assistunt, & ad reuerentiam, & cultum huic tremendo Eucharistiæ Sacramento debitum, c adsunt tempore sacrificij istius, & pro genere humano ad te preces fundunt: horum itaque Angelorum ministerio rogamus te, vt iubeas perferri, quæ supra diximus IN SVBLIME & excelsum ALTARE d non corporale & visibile, quale habet Ecclesia in terra, in quo sub sacramentalibus speciebus corpus & sanguinem Christi tui verè, & realiter sumimus; sed spirituale & inuisibile, quale habet Ecclesia in cœlo, ex quo medio hoc sacrificio benedictionem, & gratiam sumimus. Quod Altare præcipuè est & dicitur TVVM, e quia in eo sine intermissione sacrificatur sacrificium laudis IN CONSPECTV gratioso, & ante oculos DIVINAE, altissimæ, & æternæ MAIESTATIS TVAE ab omnibus, & præ omnibus venerandæ. In hoc Altare, quæ diximus, deportari iubeas exoramus, f non quasi tibi hæc sint ignota, qui & antea quàm essent, vtrique noueras, sed vt Angeli ipsi quorum ministerio, hæc perferri postulamus, & apud te sunt, de his consulant, & quod te iubente implendum esse cognouerint, hoc sicut

opor-

oportet, nobis vel euidenter, vel latenter
 apportet. Vnde ita insuper rogamus per-
 ferantur supradicta omnia ad tuam præsen-
 tiam, VT QVOTQVOT, ex Cle-
 ro & populo EX HAC desiderabili,
 & suauissima ALTARIS, hoc est,
 sacrificij in Altari oblati PARTICI-
 PATIONE, ac communionem, SACRO-
 SANCTVM, idest, emi-
 nenter & vndequaque sanctum, FILII
 TVI ex tua substantia æternaliter ge-
 niti, CORPVS verum a de Virgi-
 ne gloriosa sumptum & in ara crucis rige-
 didissimè extensum, ET SANGVI-
 NEM verum pro nostra salute in Pas-
 sione effusum, SVMPSERIMVS
 sacramentaliter per actualem sumptionem
 sub his speciebus occultatum, sumamus
 etiam spiritualiter, taliter, vt OMNI
 BENEDICTIONE, sed præcipuè
 COELESTI, quæ est spiritualium
 charismatum plenitudo ET GRA-
 TIA, b quæ nos facit diuinæ naturæ par-
 ticipes, & consortes REPLEAMVR,
 mente & spiritu, intellectu, & voluntate:
 c Nam cibus iste non corpus impinguat,
 sed confirmat cor, & ex parte sua immor-
 tales sumentes reddit, d cum sit panis vi-
 tæ, e fons saliens in vitam æternam, & re-
 missio peccatorum. Quæ omnia postula-

a *Symbol.
fidei.*

b *2. Pet. 1.*

c *Florus
Mag. in
exp. Missæ.
d Ioann. 6.
e Ioan. 4.*

mus PER EVNDEM CHRI-
STVM DOMINVM NO-
STRVM, qui omnia nobis promeruit,
AMEN.

69. Ut gestus, & positio corporis ver-
bis correspondeat, dicens Sacerdos prædi-
ctam orationem (quæ ab ipsis Apostolis ha-
buit principium, vti ex canone græco Mis-
sæ beati Petri, ex sancto Ambrosio, alijs-
que Patribus probat ^a Durantus) se hu-
militer inclinatur, manus cancellat ante pectus
super Altare, ipsumque osculatur Altare,
& tres cruces format. Humiliter se incli-
nat, ait ^b Gabriel, vt per signum sensibi-
le foris exhibitum significet interiorem hu-
militatem, qua corde contrito oportet ora-
re, vt exaudiamur à Deo, ^c qui talia cor-
da non despicit. Cancellat ante pectus
manus in modum crucis pollices applican-
do, vt denotet non merito suo, sed Chri-
sti Domini omnia nobis in cruce prome-
rentis, suam exauditionem petere. Can-
cellatio enim manuum, sicut dixit ^d Du-
randus, Passionem Christi Domini figurat;
& pollex dextræ, per quam Resurrectio si-
gnificatur; pollicis leuæ, per quam Passio
designatur, superponitur; vt per hoc Chri-
sti Domini Resurrectio à mortuis insinue-
tur. Vnde quasi ipso facto dicit, Obsecro te
Pater æterne per crucem & passionem Filij
tui

^a de ritib.
Eccles. ii. 2.

ca. 42. n. 9.

^b lect. 55.
in canon.
Missæ.

^c Ps. 50.

^d in rat.
lib. 4. cap.
44. n. 4.

tui, vt iubeas hæc perferri, &c. Osculatur Altare in verbo, *participatione*, vt notauit a Gabriel, vt se fieri participem ostendat Altaris sacrificio cum omnibus alijs, vel vt significet reconciliationem humani generis cum Deo Patre in Altari crucis factam per Filij mortem. Format denique tres cruces, quibus secundum sanctum b Thomam, c Alexandrum Alensem, & alios, representatio, extensio corporis, effusio sanguinis, & fructus Passionis Christi Domini. Per primam, quæ formatur super species panis, in verbo, *Corpus*, commemoratur rigidissima tenerrimi corporis tensio in cruce vsque ad omnium nervorum & ossium dinumerationem, vt cecinerat d Propheta Regius; de qua tensione e Ecclesia quasi compatiens affectu, crucem alloquens, velut rem cognoscentem canit:

a *loc. cit.*

b 3. p. q. 83.

ar. 5. ad 3.

c 4. p. tra.

de Missa.

d Ps. 21.

e in hym.

Dominice

Passion.

Flecte ramos arbor alta

Tensa laxa viscera:

Et rigor lentescat ille

Quem dedit natiuitas:

Vt superni membra Regis

Mitti tendas stipite.

Per

Per secundam, quę formatur super species vini in calice, in verbo, *Et sanguinem*, effusio largissima diuini Christi sanguinis figuratur; qua, a cum sicut aqua effusus fuit, omni defluxu humore corpus Saluatoris sacratissimum aruit tanquam testa, & omnium peccata, b que vt coccinum erat facta, sunt alba vt nix, sicuti ipsamet canit c^e Ecclesia, dum ait:

a Ps. 21.

b Isai. 1.

c in preal-
legat. hym.

Mite corpus perforatur

Sanguis, vnda profluit

Terra, pontus, astra, mundus,

Quo lauantur flumine.

Per tertiam, quę formatur ante faciem ipsius celebrantis, in verbo, *Omni benedictione celesti & gratia repleamur*, innuitur Pasionis fructus; qui est omnis benedictionis & gratiæ deriuatio à christo Domino in redemptos per ipsum. d Nam de plenitudine eius omnes accepimus: & ideo fit hæc signatio ante faciem Sacerdotis, vt significetur hic fructus, & benedictio in Sacerdote, & in his, pro quibus offert, permanere.

d Ioan. 1.

e Mat. 26.

70. Cum sanguis Christi Domini e qui effusus est in remissionem peccatorum, non solum ad viuentium sed etiam ad mortuorum, & in Christo Domino quiescentium

tium

tium salutem, & absolutionem penarum, pro peccatis debitarum proficiat & valeat. Pia Mater Ecclesia, non ex abusu, & corruptela, vt Hæretici mentiuntur, sed ex Apostolica traditione ab ipsius Ecclesiæ sanctæ incunabulis incepta & semper retenta, & obseruata: sicuti satis superque constat ex *a* antiquissimis lyturgijs, & apertè asserunt *b* sanctus Clemens Romanus, *c* sanctus Dionysius Areopagita, *d* Chrysostramus, ac Patres communiter, traduntque inter alia *e* Concilium Arelatense, & *f* Calibonense, & latissimè probat *g* Durantus: Statuit vt in omnibus Missarum, solemnitatibus pro defunctorum spiritibus loco competenti Dominum deprece- tur, nedum generatim, sed & nomina- tim pro eis, quorum à penis Purgatorij liberationem, & requiem postulamus. Id quod antiquitus fuisse factum negari haud potest; cum ex dypticis siue tabulis sacris, in quibus ad hunc finem in templis defun- ctorum nomina scripta habebantur, vt no- tarunt *h* Alcuinus, & *i* Florus; tum ex his, quæ scriptis mandarunt *l* sanctus Cy- prianus, *m* sanctus Ambrosius, alijque Patres. Hinc postquam huius sacrificij vir- tutem, in hac lacrymarum valle degenti- bus, & in campo certaminis adhuc existen- tibus applicuit celebrans; loco competenti

a S. Iacobi,
S. Marci,
S. Basilij,
& aliorum.
b lib. 6.
const. Ap.
c. 29. & l.
8. c. 40. 41.
c de Eccles.
Hier. c. 7.
d hom. 3. in
ep. ad Phil.
e Conc. 2.
can. 12.
f Conc. 2.
lib. 3. *can.*
39.
g libr. 2. de
rit. Eccles.
cap. 43. à
num. 1.
h de diuin.
offic. c. de
celebr. Mis-
sæ in expos.
Missæ.
l lib. 1. *epi.*
9.
m *serm.* de
mort. Saty.
& *sermo.*
de obit. Va-
lent. & a-
libi.

& or-

& ordinem venienti ex Ecclesiæ præscripto eandem eiusdem sacrificij virtutem omnibus in Christo Domino quiescentibus, non beatis, qui auxilio non indigent, nec damnatis, qui liberari non valent; sed in gratia decedentibus, & in penis Purgatorij de-tentis applicat. Isti enim in via certa, & secura sunt ad beatitudinem possidendam, licet cum suorum delictorum satisfactio-nem non compleuerint, & nihil coinqui-natum ibi intrare possit, vsque ad tale complimentum à Paradisi ingressu retar-dentur. Vide quàm ordinatè primùm adhuc certantibus, & deinde iam securis, retardatis tamen huius sacrificij fructus ap-plicetur.

a in hac ip-
sa parte n.
26.27.28.

71. In hac pro defunctis supplicatione potest seruari ordo, ac cetera quæ diximus, a circa memoriam viuorum, ablati his, quæ illius memoriæ peculiaria sunt. Et formula (si melior non adfuerit) poterit esse sequens: *Memento etiam Domine famulorum, famularumque tuarum, qui nos præcesserunt cum signo fidei & dormiunt in somno pacis; illius nimirum, vel illorum, pro quo, aut pro quibus in particulari sacrificare sum obligatus: animarum parentum, fratrum, sororum, consanguineorum, & amicorum meorum. Animarum, quæ occasione mei purgantur in Purgatorio.*

Ani-

Animarum omnium, benefactorum meorum in spiritalibus, & temporalibus: Animarum omnium mihi commissorum in genere, & in specie: Animarum omnium Episcoporum, Sacerdotum, & Ministrorum Ecclesiæ Catholice: Animarum Principum temporalium, & ministrorum suorum: Animarum morte improvisa è corporibus exutarum: Animarum, quarum non est, aut non fit specialis memoria, aut miserrimè in Purgatorio existentium: Et animarum omnium eorum, pro quibus vis, & scis me debere orare, & in illo gradu, in quo teneor pro illis offerre, ipsis domine, &c.

72. Sed quia a certissimè credimus sanguinem agni immaculati, occisi ab origine mundi, non solum ad viuorum, sed ad absolutionem etiam defunctorum valere: MEMENTO ETIAM, hoc est, insuper & simul b adiuua ad liberationem, quod est tuum meminisse DOMINE & Pater clementissime FAMVLORVM virorum, FAMVLARVM QVE feminarum c propter sexus discretionem, TVARVM tamen quia utriusque in obedientia mandatorum tuorum, tibi vt famuli seruiert; QVI ex d aqua & Spiritu sancto renati, & Christi tui cruce & Passione signati cum defuncti sint, NOS

a Innoc. 3.
libr. 5. de
Missæ c. 7.

b S. Aug.
libr. II.
confess.

c Gab. lect.
56. in can.
Missæ.
d Remig.
Altissod.
de celebr
Missæ.

viuentes PRAECESSERVNT
 moriendo, sed CVM SIGNO, &
 a charactere Baptismali, quo fideles, qui
 numerum complent tuorum signatorum, ab
 infidelibus discernuntur: nam est signum.
 F I D E I bonis operibus protestata: &
 b non separata ab unitate & societate Chri-
 sti Domini & Ecclesiae, nec per haereses, nec
 per schismata: immo nec per mortalia cri-
 mina, in quibus etsi aliquando hi pro qui-
 bus oramus, fuerunt, tamen per peniten-
 tiam sanati, & per orationem Ecclesiae re-
 conciliati, & remissionis ministerio socia-
 ti, vtrique in pace obierunt. Vnde videntur
 mortui, E T D O R M I V N T,
 quia sunt c verè, & ad vitam in resurrectio-
 ne suscitandi. Ideoque D O R M I V N T
 I N S O M N O, & quiete P A C I S,
 & amicitiae Dei per gratiam, in qua deces-
 serunt. d Non sunt in perfecta atque com-
 pleta quiete beatitudinis, sed in igne, &
 penis Purgatorij D O R M I V N T nihi-
 lominus I N S O M N O P A C I S
 pro quanto pro certo habent se aeternam
 felicitatem aliquando consecuturos: indi-
 gent tamen suffragijs Ecclesiae, & orationi-
 bus nostris, vt liberentur à penis in quibus
 detinentur, vt soluant illa, pro quibus in
 hac vita plenè non satisfecerunt. Ideoque
 illis huius salutiferi sacrificij fructum appli-
 camus

a *Inno. l. c.*

b *Flor. in
exp. Miss.*

c *Symbol.
fidei.*

d *Bellarmin.
lib. 2. de
Miss. cap.
25. arg. 1.
& Azor.
tom. 1. lib.
10. cap. 11.
q. 6.*

camus, tuam deprecantes clementiam, vt nostram pro illis acceptes oblationem, ac propitius sis omnibus fidelibus defunctis, & in particulari isti aut illi; *ubi iuxta superius dicta, a quorum maluerit, potest agere memoriam specialem.* a in hac p. n. 68. 69.

73. Sufficientissimè scrutator cordium Deus, qui b scis quid opus sit nobis antequam petamus, & vocas ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt: hac generali commendatione tibi in pace quiescentium animas commendaueramus. Verùm vt Filij tui ducis, ac præceptoris nostri, dicentis c petite & accipietis, præcepta sequamur: & vt etiam charitatis affectum, quo fratribus nostris defunctis veniam optamus, amplius manifestemus; specialius audemus nostram explicare postulationem dicendo: **I P S I S** d specialiter commemoratis **D O M I N E** æterne Deus, **E T O M N I B V S** generaliter absque alicuius exceptione, **I N C H R I S T O** fide formata, & operibus comprobata defunctis, & **Q V I E S C E N T I B V S** in spe resurrectionis, **L O C V M**, e in quo sint participes **R E F R I G E R I I** à penis purgatorij cessante ardore penarum; **L V C I S** beatificæ visionis, quæ est vera & maxima lux carens obscuritate te-

c *Luc. 11.
Marc. 11.
Ioann. 19.
& alibi.*

d *Flor. 10. c.*

e *Inn. 3 &
Gab. loc. c.*

nebrarum, ET PACIS aeternæ, in qua nulla est penalis afflictio, nec conflictus pugnarum, VT INDVLGEAS, & concedas DEPRECAMVR omnes qui hoc sacrificium offerimus, a aut ministerio, & ex officio sicut Sacerdotes; aut voto & deuotione, sicut plebs reliqua, & hoc non nostris meritis, sed PER EUNDEM, quem offerimus, CHRISTVM DOMINVM NOSTRVM, b qui est aduocatus noster, & interpellat pro nobis, AMEN.

a *Steph. E-*
duens. de
Sacr. alt.
c. 13.

b *Ad Rom.*
8. & 1. Io.
2.

c *Iob 7.*

d *Flor. ibi.*

e *Odo Ca-*
mer. in ca-
non Missa-
dist. 4.

74. Verum quia ubi est maius periculum, maior requiritur cura, & maior est adhibendo diligentia; c cum vita hominis militia sit super terram, ac propterea maioribus indigeat auxilijs; cum ad aeternam consequendam vitam, tum ad versutias, & tentationes hostium superandas: postquam te Deum & Patrem clementissimum pro fidelium defunctorum refrigerio deprecatus sum: Iterum d totius Ecclesiae tuae voce deprecor, etiam vt NOBIS QVOQVE, e qui officium huius sacrificij celebramus praesentes, & qui in Ecclesiae corpore tibi per totum orbem terrarum seruiamus, vt NOBIS, inquam, Ecclesiasticis, & secularibus, absque alicuius exceptione, quamuis PECCATORIBVS

RIBVS, ac ideò indignis, tamen quia nos peccatores; ac indigentes recognoscimus; & quia non vt peccatores, & secundùm peccati desiderium, a quomodo peccatores non exaudis, nisi forte ad vindictam; sed ex bono nature desiderio; b tui scientes magnitudinem; ac gratiam desiderantes postulamus; congruum est; vt sicut FAMVLIS TVIS c per subiectionem humilem & obedientiam, DEMVLTI TVDINE & infinita abundantia, in ordine ad nostram utilitatem, & ad effectus productos; MISERRATIONVM TVARVM, que sunt super omnia opera tua, & nobis dant audaciam, vt petamus nedum quia famulis tuis, sed etiam quia SPERANTIBVS, non in virtutibus aut operibus, que fecimus nos, sed in magnitudine dicte misericordie tue: PARTE MALIQVAM, d non quod totum thesaurum, integrumque denarium non des beatis, sed quia per modum partis & hereditatis donatur a te, e qui dignos nos fecisti in partem fortis Sanctorum in lumine; & vis vt f habeamus partem tecum. Nam licet g vnum & idem sit præmium omnium & singulorum sanctorum, tu nimirum ipse Deus bonorum, & præmium, & præmiator, in cuius cognitione, visione,

& frui-

a S. Thom.

2.2. q. 83.

ar. 16.

b Flor. 1. c.

c Gab. lect.

59. in can.

Missæ.

d Innoc. 3.

lib. 5. de

Missæ c. 8.

e ad Colof.

1.

f Ioan. 13.

g Omnes

Theolog. in

4. dist. 49.

- a Ioan. 17. & fruitione, merces, & a vita æterna consistit: Nihilominus tamen secundum meritorum differentias, alij plus, alij minus, ipsa diuina fruuntur visione. Nam b sicut stella differt à stella, & sicut alia est claritas solis, alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum, sic & resurrectio mortuorum;
- c Ioan. 19. in domo æterni Patris, e in qua mansiones multæ sunt. Hinc **PARTEM** petimus, **ET SOCIETATEM**, d quibus pro modulo nostro illis, quibus nunc sociamur per communionem fidei, quorum memoriam veneramur, & in quorum communiõne & vnitatẽ hæc diuina mysteria agimus; ipsis etiam in beatitudine sociemur æterna; ad id petimus omnium Deus, & Pater, vt **PARTEM ALIQVAM ET SOCIETATEM** tua gratia & benignitate ineffabili, **DONARE DIGNERIS** nobis e viuentibus, **CVM TVIS SANCTIS**, quos credimus tua iam beatifica visione perfrui, & iucundissima societate sibi ineffabiliter congaudere; cum quibus & nos eadem societate congaudere optamus. In primis tamen cum **APOSTOLIS**, f qui toto orbe terrarum fidem prædicarunt, **ET MARTYRIBVS** qui digni inuenti sunt sanguine suo fidei testimonium dare, sed

d *Alcain. de diuin. offic. cap. de celebr. Missæ: & Remig. de cel. Missæ.*

e *Gabriel. ibidem.*

f *Eccles. in eorum offic.*

sed particularius cum IOANNE a
 BAPTISTA nimirum, b qui testimonium
 perhibuit delumine, & nobis demonstra-
 uit agnum tollentem peccata mundi, STE-
 PHANO c virgine & d protomar-
 tyre, MATHIAS e fortiter
 in Apostolum electo, BARNABA,
 f cum Paulo in opus Euangelij a te segre-
 gato diuinitus; IGNATIO,
 g qui dentibus bestiarum desiderauit
 molli, vt panis mundus inueniretur;
 ALEXANDRO h Papa I.
 i qui magnam partem Romanæ nobilitatis
 ad fidem Christi domini perduxit, &
 multa ad huius sacrificij decentiam, &
 reuerentiam ordinauit; MARCEL-
 LO I presbytero, P ETRO m
 exorcista, n qui prædicatione & miraculis
 plurimos, quos S. Marcellus baptiza-
 uit, Iesu Christo peperit: FELI-
 CITATE, o quæ filios hor-
 tando ad martyrium, spiritu peperit
 Deo, quos carne pepererat mundo;
 PERPETVA martyre insigni
 p fortiter à leonibus decerpi toleranti;
 AGATA, q quæ tanquam ad
 epulas inuitata ibat ad martyrium, &
 agonem suum Domino precibus com-
 mendabat; LV CIA, r quæ iucun-
 dum tibi in sua virginitate habitaculum

a *Vualf. de reb. Eccles. cap. 22.*

b *Ioan. 1.*

c *Innoc. 1.*

ubi supra

d *Eccles. in*

eius offic.

e *Act. 1.*

f *Act. 13.*

g *S. Hier. de*

serip. eccl.

h *Gabriel.*

ubi sup. à

i *Baro. an-*

no 132. &

Ciacon. in

eius vita.

l *m Gab. ib.*

n *Ado in*

Martyro-

log. 4. non.

Iunij. &

Lippoman-

tom. 4.

o *S. Greg.*

1. hom. 3 in

Euangel.

p *Maurol.*

in marty-

rol. Non.

martij.

qr *Eccles.*

in eius of-

fic.

prepa-

a S. Ambr.
libr. 1. de
virginit.
b Eccles. in
eius offic.
c Martyrol.
Rom. &
Baron. an.
300. et alij

d Stephan.
Eduens. de
Sac. Alta.
c. 17.

e Bellarm.
lib. 2. de
Missâ cap.
26. arg. 1.
f Durant.
de rit. Ec-
cles. lib. 2. c.
44. num. 9.
g Pf. 102.

h Gab. lect.
59. in ca-
non. Miss.

i Luc. 6.

preparauit ; **A G N E T E** a corpo-
re & etate iuuenula , sed mente &
moribus cana ; **CAECILIA** , b quæ tibi
quasi apis argumentosa seruiuit ; **ANA-
STASIA** , c quæ pietatis officia cum sanctis
Martyribus & fidelibus omnibus viuens e-
xercuit ; & moriens per martyrium meruit
nasci cœlo eodem die , quo Christus Domi-
nus natus est mundo , **ET** generaliter cum
OMNIBVS SANCTIS TVIS ,
d quos desideramus habere intercessores ;
vt **INTRA QVORVM** , hoc est ,
ipsorum sanctorum , **N O S** seruos tuos
baptismate ablutos , & in gremio Ecclesiæ
tuæ receptos , **CONSORTIVM** ,
e quod cum sanctorum sit , est etiam Chri-
sti tui consortium , & per beatitudinem par-
ticipatur : ad quam petimus clementissime
Pater , **N O N AESTIMATOR**
M E R I T I , f cum taliter merita
vniuscuiusque æstimes , vt supra meritorum
exigentiam retribuas ; non puniendo g se-
cundùm peccata nostra , quæ fecimus nos ,
h nec præmiando secundùm naturalem
valorem operum , qui absque tua gratia ,
& acceptatione nullus est respectu æterno-
rum momenti : quia non sunt condignæ pas-
siones huius temporis ad futuram gloriam ,
quæ reuelabitur in nobis , quando i men-
suram bonam & confertam , coagitata n ,
& su-

& super effluentem dabis in sinum nostrum : non ergo clementissime Pater, a qui dignos nos facis in partem fortis sanctorum in lumine, æstimatores meriti, S E D V E N I A E, in peccatorum remissione gratiosa, tu quem Q V A E S V M V S misericordissimus L A R G I T O R, & liberalissimus condonator, & ideo precamur A D M I T T E tua clementia, & misericordia nos & omnes illos, pro quibus oramus, b vt quia sanctorum societati, per meritum iungi non valemus, coniungamur per indulgentiam, & P E R C H R I S T V M D O M I N V M N O S T R V M.

75 Vocem attollit & pectus percutit sacerdos, dum in principio supradictæ orationis illa pronuntiat Verba; nobis quoque peccatoribus. Quibus rebus multa, nobis insinuantur: Primò enim, vt dicunt Micrologus, & c Durantus, insinuat nobis qualiter d Centurio; e in quo fides Ecclesiæ designatur, & qui cum eo erant custodientes Iesum, viso terræ motu, & his quæ fiebant, timuerunt valde dicentes: verè filius Dei erat iste. & qualiter g omnis turba eorum, qui simul aderant ex his, qui à peritis decepti fuerant, vt h Lyra exponit, videntes, quæ fiebant,

Hh

per-

a ad Col. 1

b Florus
& Remig.
locis citat.c De eccl.
obseruat.

cap. 17.

d De ritib.

Eccl. lib. 2

c. 44. nu.

4.

e Mat. 27.

f Glos. ord.

in cap. 27.

Mat. & 23

luca.

g Cap. 23.

luca.

h in cap.

23. luca.

a *lib. 4. rat.*
 c. 46. n. 1.
 b *Luc. 22.*

c *de diuin.*
offic. c. de
celeb. Miss.
 d *lib. 5. de*
Miss. c. 8.
 e *4. p. tra.*
de Missa.

f *libr. 3. de*
off. Eccles.
cap. 26.

g *in Psal.*
 129.
 h *serm. 10*
de verb.
Dom.
 i *loc. citat.*
 n. 3.
 l *Ad Rom.*
 6. & 1.
 Cor. 15.

percutientes pectora sua reuertebantur .
 Insinuatur deinde , vt ipse ait a Durandus ,
 contritio , & confessio larronis ; in illo Pas-
 sionis Dominicæ articulo ; quibus & b so-
 cium increpauit , & se peccatorem est pro-
 fessus , ac misericordiam à compatiante
 Salvatore postulauit : vnde & audire me-
 ruit , Hodie mecum eris in Paradiso . In-
 sinuatur tandem , secundum c Alcuinum ,
 d Innocentium III. & e Alexandrum
 Alensem , omni tempore , maximè tamen
 in huius admirabilis sacrificij celebratione ,
 debere nos peccatores recognoscere . Ideò
 enim quando dicta verba profert Sacer-
 dos , & vocem attollit , & pectus tundit ,
 vt se peccatorem esse manifestet expressus .
 quia attollendo vocem , ait f Amalarius ,
 clamorem magnum in pectore sese habere
 manifestat . Nam qui se esse sentit in pro-
 fundo , iuxta g sancti Augustini doctri-
 nam , clamat vt exaudiatur , & de profun-
 do extrahatur & tundendo pectus ipso , h
 Augustino teste , arguit quæ latent in pe-
 ctore . Semel nihilominus vt concludit i
 Durandus , pectus tundit , l quia christus
 Dominus semel pro peccatis nostris mor-
 tuus est , & quia vna sola sufficit percussio
 cum vocis exultatione ad suprascripta omnia
 insinuanda , & ad excitandos astantes , vt
 id ipsum quod Sacerdos , faciant sua reco-
 gno-

ignoscens peccata : & tribus denique digitis, addit a Gabriel pectus tundit ad denotandum se tripliciter peccasse, corde, ore, & opere.

a *leff. 60.*
in *canon.*
Miffæ.

76. Haud tamen est prætermittendum, multos multas excitare difficultates, ex eo quòd in supradicta oratione iteratò suffragia sanctorum postulamus; & in sanctorum numeratione primo loco sanctum Ioannem, secundo sanctum Stephanum, tertio sanctum Matthiam, & quarto sanctum Barnabam nominamus. Breuiter tamen & expedire his omnibus occurremus, dicendo primò cum a Duranto, nos ante consecrationem suffragium sanctorum; & hac in parte ipsorum in celo consortium postulare. Dicimus deinde cum b Vualfrido, c Bellarmino, & d Azor non Ioannem Euangelistam, sed Baptistam, vti supra etiam notauimus, qui Martyr etiam fuit, sicuti ex decollationis ipsius festo constat hic nominari: Vnde supradicti Sancti non dignitatis, sed martyrii ordine hac in oratione locantur. Alias Apostoli deberent præcedere, vt minimum sanctum Stephanum. Dicimus denique cum eisdem e Bellarmino, & Azor, sanctum Matthiam, non nominari ante consecrationem, eò quòd non fuit ante christi Domini Passionem Apostolus: Quare si ante consecra-

b *de rit. b.*
Eccles. l. 2.
c. 4. n. 7.
c *de reb.*
Eccles. c. 22.
d *lib. 2. de*
Miffæ c. 26.
ante arg.
e *tom. 1. li.*
20. c. ult.
97.

fibidem.

tionem nominatur sanctus Paulus , præci-
sè est propter privilegium , quod habet ,
vt semper cum sancto Petro coniungatur .

77. Concludit denique celebrans ca-
nonem dicendo ; *Per quem hæc omnia* ,
& c. quæ verba non per canonis euerfio-
nem addita , vt malitiosè sibilant Hæretici ,
& Nouatores ; sed a principio nascentis Ec-
clesiæ , & magno cum consilio hic posita
sunt ; eò quòd in illis , vt notarunt a Du-
rantus , & b Bellarminus breuissimè , &
per modum epilogi commemorantur om-
nia beneficia diuina , circa hoc sacramen-
tum : inchoando à prima productione ma-
teriæ , ex qua admirabile hoc Sacramen-
tum conficitur , & perueniendo vsque ad
vsum , effectum , & causam institutionis il-
lius . Horum namque verborum sensus ab
c Albino , d Amalario , e Innocentio III.
f Hugone de sancto Victore , g Durando ,
& alijs petitus talis est .

78. P E R Q V E M Christum Do-
minum nostrum Ecclesia sancta habet om-
nia , quæ ego indignus famulus tuus , in
hoc egi sacrificio ; vt per Deum naturæ po-
tentem omnia de nihilo h sola iussione
creare : immo i sine quo factum est nihil ,
& per quem facta sunt omnia , & l in quo
condita sunt vniuersa in cœlis & in terra ,
H A E C O M N I A , quæ ante con-
secre-

a lib. 2 de
rit. Eccles.
c. 44. n. 10.
b loc. cit.

c de diuin.
offic. c. de
celeb. Mis.
d lib. 3. de
Eccles. off
cap. 6.
e libr. 4. de
myst. Miss.
cap. 9.
f in can.

Missa c. 7.
& in spec.
Eccles. c. 7.
g in ratio.
lib. 4. c. 46.
h Genes. 1.
& Ps. 32.
i Io ann. 1.
i ad Col. 1.

consecrationem sunt panis & vinum, & aqua, materia nimirum, ex qua media consecratione, admirabile hoc conficitur Sacramentum, tu **DOMINE** & Pater clementissime non solum ^a in exordio & principio, condendo naturam creasti, sed etiam **SEMPER** eadem infinita, & simplicissima actione, ^b qua usque modo & semper operaris: cum ad nostram sustentationem, tum ad istius oblationem sacrificij, propagando creata, iuxta naturæ illorum exigentiam, **BONA**, perfecta, & ad dictos fines accommodata, ut sint, **CREAS** in esse naturali constituendo, per eundem insuper Filium tuum, ut per largitorem veniæ ^c diuitem in misericordia & benedictionibus, ^d cuius plenitudine nos omnes accepimus, tibi ipsi hæc eadem imputando **SANCTIFICAS**, consecrando materiam, ut quæ erant simplex creatura, fiant Sacramentum, cuius receptione sanctificetur recipiens: per eundem adhuc, ut per eum qui est fons vitæ, vera & essentialis vita, ^e & via ad vitam, eadem dona, ut viua sint, & veram vitam sumentibus tribuant, **VIVIFICAS** conuertendo & transubstantiando ea in, verum corpus & sanguinem Christi tui: per quem etiam ut per ^f dominum virtutum, & gratiæ, ^g nolentem mortem impij, sed
 vt

^a Gen. 1.^b Ioan. 5.^c ad Eph. 2.
^d Ioan. 1.^e Ioan. 15.^f Ps. 23. 2b
^g Ezech. 33.
33. 3b

vt nobis sint vtilia, **BENEDICIS** accumulando eis omnem benedictionem, & gratiam, ac spiritualem virtutem, vt sacramentali efficacia caput cum membris vniant, & qui eis participant, æternam accipiant benedictionem, & per eundem tandem, vt per *a* Regem gloriæ, qui *b* rediturus est singulis secundum opera sua, vt *c* in præfenti gloriæ pignus accipiamus, eadem dona **P R A E S T A S N O B I S** ad fruendum, & sumendum, vt tali sumptione salutem spiritualem, augmentum gratiæ, & vitam denique æternam adipiscamur, sumendo nimirum in Edulium, pretium nostræ salutis, & premium bonorum operum; eum nimirum, qui nobis de corpore & sanguine suo tam suauem, tamque salubrem dedit refectionem: ob quam tibi Deus æterne infinitas agimus gratias, & quia non habemus *c* pro omnibus, quæ nobis tribuisti, quid retribuamus, nec aliud possumus, saltem in signum gratitudinis fatemur, ac omnibus notum facimus, qualiter **P E R I P S V M**, per quem nobis tua gloria innotuit, & per quem tanquam per verum mediatorem Dei & hominum, supradicta omnia creas, benedicis, & præstas nobis, **E T C V M I P S O** tanquam coæquali; à te tamen realiter *d* per distinctionem indissociabilem Trinitatis

a Ps. 23.

b Eccles. in
offic. corp.
Christi.

c Ps. 115.

d S. Ambr.
lib. 4. de fi-
de cap. 4.

tis æternæ in persona distincto : E T I N
 I P S O tanquam verè con substantiali , ac
 tecum essentialiter idem per diuinam uni-
 tatem naturæ E S T æternaliter absque
 principio & fine , T I B I primæ Trinitatis
 sanctissimæ personæ , D E O viuo & ve-
 ro P A T R I , a à quo omnis paternitas
 in cælo & in terra nominatur , non solum
 cum Filio secunda & iam mentionata inef-
 fabilis triadis persona , sed simul etiam I N
 V N I T A T E eiusdem essentia & natu-
 ræ simplicissimæ , infinitæ , & impartibilis
 S P I R I T U S S A N C T I , qui est
 tertia reconditæ Trinitatis persona , amor ,
 & nexus Patris & Filij , vtrique omninò
 æqualis ac in essentia idem , licet in
 persona alius , ac proinde b tribus , ipsi
 videlicet , & Patri & Filio est ab omni
 creatura vnus , sed O M N I S ac omni-
 modus H O N O R latriæ , E T G L O -
 R I A laudis & confessionis , P E R O M -
 N I A S A E C V L A S A E C V L O R V M
 æternaliter & absque fine .

a Ad Eph.

3.

b Eccles. in
 hym. Ave
 Maris stel.

79 Dum prædictam dicit orationem sa-
 cerdos plures , pluribusque refertas my-
 sterijs caremonias facit . primò enim ali-
 quoties super oblata signat , ad insinuan-
 dum vel representandum , secundum c In-
 nocentium . III. & d Durandum , mo-
 dum & horam crucifixionis & mortis Chri-
 sti

c lib. 4. de
 myster.
 Miss. c. 98
 d lib. 4. in
 rat. c. 46.
 n. 13. 14.

sti Domini. Tertia namque & sexta hora
 crucifixus est Dominus; hora tertia linguis
 a caps 13. Iudæorum, quod narrat a S. Marcus; ho-
 ra sexta manibus gentium, quod narrat b
 b cap. 19. S. Ioannes, & circa nonam nobam inclina-
 to capite tradidit Spiritum. Ad recolenda
 ergo crucifixionem, quæ hora tertia
 facta est linguis Iudæorum ter clamantium,
 crucifige, crucifige eum; & rursus; tolle,
 tolle, crucifige eum, sacerdos facit tres cru-
 ces super oblatam & calicem, cum dicit;
 sanctificas, viuificas, benedicis. ad reco-
 lendam verò crucifixionem quæ post inter-
 uallum trium horarum facta est manibus
 gentilium (milites enim crucifixerunt Ie-
 sum) sacerdos iterum facit tres cruces cum
 hostia super calicem dicendo *per ipsum, &*
cum ipso, & in ipso. fit tamen signatio hæc
 cum sacramento corporis super calicem, qui
 c cap. 53. passionem significat: quia Christus Domi-
 nus, uti c Isaias clamat; non vi coactus,
 sed spontaneè imò cum desiderio ex obe-
 dientia Patris oblatum est, quia ipse voluit.
 Postmodum autem ad insinuandam diuisionem
 carnis & animæ domini morientis, fa-
 cit duas cruces in ore calicis, dum dicit:
est tibi Deo Patri omnipotenti in unitate
Spiritus sancti. tamen quia dicta separa-
 tio spontanea fuit, ut ipsemet Christus Do-
 minus dixit per d Ioanem: Nemo tollit
 ani-

animam meam; sed ego pono eam à meipso: Fiunt etiam hæc cruces cum Sacramento corporis. Et fiunt tantum duæ cruces, etiamsi in Christo Domino fuerint substantiæ tres, diuinitas, anima, corpus; eò quòd in illius morte anima solùm & corpus fuerunt ab inuicem separata: nam diuinitas & corpori & animæ coniuncta manfit.

80. His addi potest, cum non sit ali-
quod inconueniens plures significationes
eisdem crucibus tribuere, maximè quan-
do non omnia seorsum, sed coniunctim,
vt fit in Missa, & compendiosè com-
memorantur: quod a sanctus Thomas di-
cit; vtputa per tres primas cruces in illis
verbis, sanctificas, viuificas, benedicis,
factas, importari triplicem orationem,
quam Christus Dominus fecit in cruce:
videlicet pro inimicis & crucifixoribus di-
cendo, *b* Pater dimitte illis, non enim
sciunt quid faciunt; pro propria libertate,
dicendo, *c* Deus meus, Deus meus, vt quid
dereliquisti me? & pro sua glorificatione,
dicendo, *d* Pater in manus tuas commen-
do spiritum meum. Tribus deinde alijs
crucebus, in illis verbis, *per ipsum*, & *cum*
ipso, & *in ipso*. cum hostia super cali-
cem factis, repræsentari horas illas tres,
quibus Dominus Christus pependit in

a 3. p. 9. 83.
ar. 5. ad 3.

b Luc. 23.

c Matt. 27.
& Marc.
15.

d Luc. 23.

cruce. Et tandem alijs duabus crucibus extra calicem, & cum hostia etiam factis, dicendo est tibi Deo Patri in unitate Spiritus sancti, denotari sanguinem redemptionis, & aquam baptismatis, quæ utraque & in calicem contineri, & à latere Christi Domini pendentis in cruce mansisse; nedum notauit a Iuo; sed fides docet b Euangelica.

a epist. 233
b Ioan. 19

81. Verùm immediatè post tres primas cruces ab ipso Sacerdote in Missis lectis, & à Diacono in solemnibus calix detegitur, ut tres sequentes signationes super ipsum detectum fiant, quia ministerio Angelorum in Christi Domini Passione, ut ait c Gabriel, d velum templi scissum est à summo vsque deorsum, & reuelata sunt nobis sancta sanctorum, & mysteria abscondita veritate figuris succedente.

c lect. 48.
d 60. in
can. Miss.
d Matt. 27

82. Porro celebrans reducens hostiam super calicem, utrumque parùm eleuans, dicit, *Omnis honor & gloria*: ut ostendat impletum iam illud e Apostoli; nimirum Deum exaltasse Christum suum, & donasse illi nomen, quod est super omne nomen, cui omne genus, celestium, terrestrium, & infernorum fectitur, & cui debetur *omnis honor & gloria*: eò quòd Christus Dominus taliter gustauit & hausit calicem passionis, quod humiliauit

e ad Phil.

f 1. 1. 1. 1.

g 1. 1. 1. 1.

miliauit se vsque ad mortem & mortem
crucis.

83. Deponit poſtea hoſtiam ſuper cor-
porale, dicunt a Innocentijs III. b Ga-
briel, & c Durandus, & vel ipſe ſi ſolus
celebret, vel accedens Diaconus, ſi adſit,
& paratus aſſiſtat, calicem palla cooperit,
quia vt legitur in Euangelio dñi ſancti Ioan-
nis, Venerunt Ioseph ab Arimathia, & Ni-
codemus & impetratum corpus Ieſu à Pi-
lato, ac de cruce deſiſto ligauerunt il-
lud linteis cum aromatibus, ſicut mos eſt
Iudæis ſepeliri. Subtractio igitur hoſtiæ ab
ore calicis Chriſti Domini deſiſtionem
de cruce; poſitio verò ſuper corporale, &
inolutionem e corporis Domini in ſindone
munda, & locationem in ſepulchro, f
in quo nondum quiſquam potius fuerat, de-
notat: & quia Ioseph g aduoluit lapidem
ad oſtium monumenti ſuper os calicis cor-
porale reponitur.

a libr 4. de
myſt. Miſ-
ſæ c. 10.
b ubi ſup.
c loc. cit.
n. 22. d
d c. 19.

e Matt. 27.
f Luc. 23.
g Ioan. 19
g Matt. 27.
g Marc.
15.

h ubi ſupr.

84. Hic tamen oportet vt notemus cum
h Durando Chriſti Domini corpus in die
Paſſionis eleuatum, & deſiſtum fuiſſe
bis: ſemel enim fuit eleuatum in cruce,
& de cruce ad terram deſiſtum, & ite-
rum de terra eleuatum, & collocatum
in ſepulchro: primum repræſentatur in
prima eleuatione, quæ fit immediatè poſt
conſecrationem: ſecundum verò, in

hac representatur elevatione, & depositione.

85. Adorato tandem Sacramento, exaltat vocem, dicens, *Per omnia secula seculorum*, vt circumstantes respondeant, *Amen*. Vel ad significandum, ait a Innocentius III. & cum ipso b Gabriel, quod c Iesus clamans voce magna tradidit spiritum: & quia mulieres lamentabantur fletibus Dominum, Chorus quasi lamentando respondet, *Amen*. Vel (vt supra diximus) exaltat vocem celebrans dum ait, *Per omnia secula seculorum*, ad excitandum desiderium populi ad participandam virtutem tanti sacrificij: ideoque in persona populi respondetur, *Amen*, hoc est, fiat quod petisti.

a *libr. 4. de myst. Miss. cap. 12.*
b *loc. cit.*
c *Matt. 27 & Luc. 23*

TERTIA PARS

Missæ

TERTIA iam incipit Missæ pars, quæ communicatio dicitur, eò quòd in illa proceditur ad consecratorum, hoc est, corporis & sanguinis Christi participationem. Sed quia ad illam iuxta a Apostolicum præceptum, oportet probatio & præparatio præcedat, ne iudicium sibi manducet participans, & quia ad talem præparationem ex nobis (qui b. sufficientes non sumus cogitare aliquid à nobis) insufficientes sumus, petendo auxilium circumstantium, exhortatur illos, ait Gabriel, Sacerdos ad orandum, dicens, *Oremus*, ut sic excitatus populus vnà cum ipso celebrante oret & petat à Deo, tùm adiutorium gratiæ, tùm requisitam præparationem, nec ad id requiritur vocis clamor, aut adstantium sermo; nam, ut notauit c. Alcuinus, orat Ecclesia cum Sacerdote, non voce, sed corde, silentium est, & clamat pectus ad Deum in auribus Dei.

2. Ipse verò Sacerdos non ex præcepto & ordinatione sancti Gregorij, uti d. aliqui sed falso dixerunt; sed ex ordinatione ipsius

Domini

a 1. Cor. 11

b 2. Cor. 13

c de diuin. offic. cap. de celebr. Missæ.

d Innoc. 3. libr. 4. de Miss. c. 24. Rupert. li. 2 de diu. n. offic. c. 21.

e Radul. Tungren. de can. obseru. prop. 23.

a l. 3. adu.
Pelagia.
b de orat.
cap. 9.
c lib. 7. ep.
61.

d de orat.
Dominic.

e lib. 5. de
Sac. c. 4.

f serm. 28

de verb.

Domin.

g serm. 22.

ad frat.

in Exem.

h lib. 4. de

myst. Miss.

cap. 13.

i lect. 63. in

can. Missa.

ii de orat.

iii de orat.

iiii de orat.

v de orat.

vi de orat.

vii de orat.

viii de orat.

ix de orat.

x de orat.

xi de orat.

xii de orat.

Domini, & Saluatoris nostri Christi, sicut affirmant a sanctus Hieronymus, & b Tertullianus; immo etiam ipse c sanctus Gregorius, licet non omnino clarè: & probatur sufficienter ex præfatiuncula illa, quam præmittit Sacerdos; quam forsàn addidit sanctus Gregorius, desumptam ex sancto d Cypriano; in illa namque illis verbis, *Præceptis salutaribus moniti*, ostendit quam salutare sit orationem Dominicam recitare: & addendo, *diuina institutione formati*; manifestat Dominum Christum, & hanc orationem instituisse, & Apostolos sic orare præcepisse; nedum orando priuatè, sed inter Missarum solemnia, & dum hoc offertur sacrificium etiam. Nam Dominicam orationem solitam fuisse in Missa recitari probatum manet: & isto in loco recitatum fuisse dicunt expresse e sanctus Ambrosius, & f sanctus Augustinus, qui per plures annos præcesserunt S. Gregorium.

3. Meritò verò hic Dominicam orationem recitari pluribus probari poterat; sufficiat tamen pauca breuiter attigisse. In primis, quia, vt g sanctus Augustinus docet, in ea omnes species orationis comprehenduntur; immo excedit; addunt h Innocentius III. & i Gabriel omnes alias orationes dignitate, quia à Magistro magistrorum

strorum Christo Domino fuit composita; breuitate, quia paucis verbis profunditate sententiarum copiosis edita; & fecunditate, quia continet omnia, quæ petere decet; & habet, possumus adhuc cum sancto Cypriano, adiungere, facilem exauditionem, nam qui nos fecit viuere, docuit & orare, vt dum prece, & oratione, quam Filius docuit, apud Patrem loquimur, facilius exaudiamur. Desideras plura? accipe hæc ex b Tertulliano: Compendijs paucorum verborum; quot attinguntur edicta Prophetarum, Euangeliorum, Apostolorum, sermones Domini, parabola, exempla, præcepta; quot simul expunguntur officia Dei, honor in Patre, fides, testimonium in nomine, oblatio obsequij in voluntate, commemoratio spei in regno, peritio vitæ in pane, exemologesis debitorum in deprecatione, sollicitudo tentationum in postulatione tutelæ. Quid mirum? Deus solus docere potuit, vt se vellet orari,

4. Recitatur deinde oratio Dominica, isto in loco, quia inter alia à Deo in illa petimus, vt det nobis panem nostrum quotidianum, non vtique solum corporale alimentum; & panem illum, in quo solo non viuunt homines, & de quo maiori ex parte supradicta verba explicari solent: Sed præcipue

a de orat.
Domin.

b libr. de
orat.

c Deuter. 8
& Matt. 4.
& Luc. 4.

a cap. 6.

b libr. 5. de

Sac. c. 4.

c libr. 2. de

ferm. Dñi.

cap. 9.

d libr. de

orat.

e in cap. 6.

Matth.

f in cap. 6.

Matthai.

g lac. Ba-

yus libr. 4.

instit. re-

lig. Christ.

cap. 22.

h S. Aug.

in Enchyr.

cap. 27.

Conc. To-

let. IV. c. 9.

Mag. sent.

libr. 4. dist.

16.

i S. Clem.

Roman. li.

7. constit.

Apost. c. 23

l ferm. 126

de tempor.

cipue panem supersubstantialem, ut ait a sanctus Mattheus, panem sacramentalem, ad cuius dignam sumptionem preparatur Sacerdos. & petit auxilium gratiæ; de quo mystico pane eadem verba declarant b sanctus Ambrosius, c sanctus Augustinus, d Tertullianus, e Glosa ordinaria, f Lyra & alij.

5. Hic tandem Pater noster dicitur, propter illius efficaciam, qua alijs omnibus orationibus præstat, quoniam g filij Dei verbis loquentes facilius exaudimur à Patre: gratissima enim Patri vox est Filij, quam ut suo proprio ore distavit, ita & Spiritu suo quodammodo animavit, ut singulari privilegio in cælum ascendat. Hinc inter alia h efficax est ad tollenda quotidiana, & venialia peccata, quæ licet non dignam, digniorem tamen Eucharistiæ sanctissimæ sumptionem impediunt. Et ideò, ut nec umbram minimi adhuc inquinamenti in illa habeat sacerdos ad remissionem venialium, orationem præmittit Dominica, quam ad eundem finem, ex Apostolica i constitutione ter in die ab omni Christiano recitari consuevit; & quotidiana oratio à Patribus appellari.

6. Huius celestis orationis, ut loquitur l sanctus Augustinus in præsentiarum longam & formatam adducere expositionem, esset

esset apertè contra promissam breuitatem, tot enim, tantaque in se continet mysteria, ac ita accuratè à Patribus expolita, fuere, vt difficillimum, ne dicam impossibile est, ea sub compendio compræhendere: omnia tamen reticere pietas non permittit, ideoque sequentia ex varijs auctoribus collecta breuiter annectenda duxi. Præter exordium, in quo sub nomine Patris Dei captatur beneuolentia. Septem, ait a Hugo de sancto Victore in dominica oratione petitiones ponuntur, vt septem dona mereamur Spiritus sancti, quibus recipiamus septem virtutes, per quas à septem vitijs liberati ad septem perueniamus beatitudines. Nam secundùm b Durandum, dona petitionibus, virtutes donis, beatitudines virtutibus obtinentur, & vitia expellantur. Cum igitur vitia sint languores (verba sunt c Innocentij Tertij, & d Durandi) dona antidota, virtutes sanitates, & beatitudines, gaudia, ac felicitates, Christus Dominus diuinus medius hominem agrotum docuit petitiones has, quæ sunt plangus & inuocationes, quibus omnibus fulciri bonis, ab omnibus liberari malis postulamus; vt ex sequenti & breui constat paraphrasi, relictis pro nunc, quia ad

a in spec.
Eccl. c. 7.

b in rat.
lib. 4. c. 47.
num. 9.

c lib. 4. de
myster. Miss
sa c. 15.
d vbi supr.
num. 12.

litteralem ensum non pertinent, applica-
tionibus de donis, virtutibus, vitijs, & bea-
tudinibus, quæ in a Innocentio III. b
Hugone de S. Victore, c Durando, d &
utraque glosa ordinaria & interlineari vi-
deri poterunt.

a *libr. 4. de
Miss. à c. 21*
b *in sp. c.*
c *Eccles. ca. 7*
d *in rat. l.*

4. c. 48.
d *Mat. 6.*
e *Amalar.
libr. 3. de
div. offic.*
cap. 23.

f *S. Cypr. l.*
2. *epist. 3.*

g *Gabri. l.*
*lect. 61. in
can. Miss.*

h *Albin. l.*
de offic. di-
uin. cap. de
celebr. Mis.

i *Iac. Ba-*
gus libr. 4.
instit. reli.

Christ. c. 22
l *Hugo à s.*
Victore de
offic. Eccl.
lib. 2. c. 38.

m *Gen. 18.*

7. Non e præsumptuosè aut elationis
temeritate, sed omni cum reuerentia & se-
reno corde, ac obedientiæ pietate,
PRAECEPTIS f Evangelicis, à qui-
bus nullatenus est recedendum, sed omni-
nò adhaerendum, quia S A L V T A -
R I B V S, & g ad salutem veram,
inducuntibus ad h salutemque nostram
proficientibus M O N I T I, atque
edocti, & non ab i Angelo, Propheta, vel
quolibet quantumuis sancto puro homine,
nec aliqua humana, sed sacrosancta, E T
DIVINA tui veri Filij ac summi Magi-
stri nostri, qui nec fallere nouit, nec falli,
I N S T I T V T I O N E mirabili
F O R M A T I, & instructi quid, à quo
& quomodo postulemus, AVDEMVS
id quod l nisi ipse Christus Dominus in-
stituisset, nequaquam nos terram, & lutum
esse agnoscentes auderemus; tali tamen
edocti magisterio, quamuis fateamur cum
m Abrahamo, quod sumus terra & cinis,
loquimur ad Dominum nostrum, & aude-
mus D I C E R E ad solatium & spem
nostram

nostram ; P A T E R a vniuersalis omnium creatione , gubernatione , & necessariorum prouisione ; præcipuè tamen b hominum , quos ad imaginem & similitudinem tuam , vt c in æterna gloria Filio tuo naturali cohæredes fierent , creasti ; quosque pascis , vestis , protegis , dirigis , & eorum utilitatibus præcipuo quodam prouidentia modo prospicis , charitate paterna consulendo , per Angelorum tutelam : quos nobis in via tendente ad cælum duces , in periculis adiutores atque custodes adhibes . P A T E R insuper hominum , maximè fidelium ratione gratuita redemptionis , & spiritualis regenerationis : dum enim ex Adamo geniti essemus filij mortis , peccati , & diaboli , Deo rebelles & inimici , per gratuitam Filij sui naturalis mortem pro nobis tolleratam , nos à seruitute diaboli peccati , & mortis liberauit , ac per fidem & sacramenta regeneratos corpori eiusdem inseruit , & tam in nominis , quàm hereditatis consortium adoptauit , vt filij Dei verè nominemur , & simus , hæredes gloriæ Dei , atque cohæredes resurrectionis , ac beatæ & immortalis vitæ Christi : P A T E R adhuc d vt viuendo sanctè , sancto respondeamus Patri vita , moribus , honestate , e ne tanto Patre simus indigni , sed si quasi filij tui agamus , vt quo-

a *Gabriel lect. 64. in can Miss.*

b *Bayus lo. cit. c. 23.*

c *Ad Rom. 8.*

d *S. Petr. Chrysolog. serm. 67.*

e *S. Aug. libr. 2. de serm. Dom. in monte cap. 8.*

f *S. Cypr. de or. Dom.*

modo nos nobis placemus de te Patre; sic tu tibi placeas de nobis filijs. Es ergo PATER & specialis NOSTER, nos a adoptando, erudiendo, & ad vitam æternam nutriendo; NOSTER, ut b omnes nobilitate coniungamur cælesti, de qua nullus alio amplius possideat, neque locuples paupere, neque dominus seruo, neque iudex ministro, neque rex milite, neque Philolophus barbaro, neque sapiens imperito; quia inter eisdem sacramentis initiatos, & ad eandem regni cælestis hæreditatem possidendam vocatos, non e est ludæus, neque Græcus, non est seruus, nec liber, non est masculus neque fæmina: omnes enim vnum in Christo, & in vinculo pacis, & vnitatis explosa inuidia, abiecta superbia, coniuncti charitate vnanimiter, sicut d Apostolos, & vno ore, e sicut tres pueros vota nostra tibi debemus offerre, f Q V I E S f immutabiliter in te ipso, æternus, ac semper idem ipse, & g vbique, omnibusque in rebus per manifestationem potentia, sed I N C O E L I S corporalibus, qui h tibi pro sede deseruiunt, per manifestationem gloriae tuæ, & I N C O E L I S spiritualibus, quales sunt homines, in quibus i cessauit culpa, in quibus nullum mortis

a Gal. i. 5.

b auctor oper. imp. in 6. cap. Matt.

c ad Gal. 3

d Act. 1. e Daniel 3

f Gal. 10. c.

g Bayus loc. cit. c. 16 h Isai. 66.

i S. Ambr. lib. 5. de Sa. gram. c. 4.

mortis est vulnus, a qui cœlestis Adam sunt imago, in quibus tu inhabitas, & ambulas, & vis, vt quando in conspectu tuo præces fundimus, in principio sermonis coelos nominemus, & te Pacrem nostrum in cœlis esse fateamur, vt b incitemur ad quærendum cœlestia, hic nos aduenas, & peregrinos agnoscentes, & c summo desiderio ad regionem illam cœlestem, in qua te Patrem nostrum commorari fateamur properemus. Eia ergo, vt cœli, in quibus sis, esse mereamur fiducialiter petimus, vt nobis sequentia concedas, d nam quia Pater es, vis, & quia in cœlis es, potes.

8. In primis autem Pater sanctissime, vt e bonorum filiorum, quibus in oratione aliquid summo suo Patri antepone piaculum est, debitum adimpleamus, S A N C T I F I C E T V R, & ab omni creatura sanctum cognoscatur, vt sanctum honoretur, & adoretur N O M E N, essentia, maiestas, & esse T V V M, & in seipso, & in nobis: in se ipso quidem, vt per nouam sanctificationis adeptionem, cum semper immutabiliter, & essentialiter sanctum & sanctissimum sit: vt per talis sanctitatis ostensionem, quam

à *Cyroll.*
catb. 5. my-
stag.

b *Bayus*
vbi supr.
c *Cassian.*
collat. 8. c.
28.

d *Innoc. 3.*
libr. 5. de
Miss. c. 16.
e *Durad.*
in rat. l. 4.
cap. 48. n. 3
f *Gab. lect.*
66. in can.
Missæ.

a S. Ambr.
lib. 6. de
Sac. c. 5.
b Bayus
loc. c. lib. 4.
cap. 28. &
S. August.
lib. 1. de
sermon.
Domin. in
monte c. 10

c Gabriel
lect. 66. in
can. Miss.
d S. Cypr.
de oration.
Dominic.
e S. Greg.
Nyssen. de
orat.
f Ps. 153.

g Hugo à
S. Victore
in specul.
Eccles. c. 7.
h S. Greg.
hom. 37. in
Euang.

quam optamus toti mundo innotescere, ita ut b omnis creatura agnoscat & confiteatur te aeternum ac verum Deum unum, in essentia, ac in personis trinum, tuamque potentiam, sapientiam bonitatem, & providentiam celebret: sic enim omnis infidelitas, omnis heresis, impia doctrina, artes magicæ, dæmonum inuocationes, & superstitio uniuersa abolebitur; & in te solo ac in nomine tuo omnem salutis spem collocabimus, ab eoq. toti pendebimus, & non nobis, sed ipsi quidquid boni egerimus, ascribemus, ut sic etiam in nobis, **N O M I N E T V V M**, à quo c Christiani dicimur, **S A N C T I F I C E T V R** & bonis moribus adornetur, ut d qui in baptismo sanctificati sumus, in eo quod esse cepimus, taliter perseueremus, ut e per vitam nostram nomen Dei glorificetur, dum non eleuamur superbia cum Lucifero, sed humiles optamus, ut f non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo des gloriam, nobis verò g timere, & venerari nomen tuum, quatenus per humanitatem ad te redeamus, qui à te per superbiam recessimus.

9. Deinde misericors Deus, h quia consideratis, quæ nobis promittis in cælis, vilescunt animò omnia, quæ habentur in terris, iamque illic cupit assistere, ubi se sperat

sperat sine fine gaudere, secundo petimus
 in loco **A DVENIAT** a post transi-
 tum huius mortalis & miseræ vitæ, **RE-**
GNVM TVVM, b beatitudinis æter-
 nę, in quo c omnis humanus satiatur ap-
 petitus rationalis in perfecta summi boni
 possessione; sensitius in Christi Domini
 humanitate, & naturalis in dotibus gloriæ,
 idque non vni aut aliquibus hominibus, sed
 omnibus prorsus hominibus postulamus,
 quia omnes saluos fieri, & ad agnitionem
 veritatis venire te velle nouimus.

10. Petimus etiam clementissime Pa-
 ter, e cum non perueniatur ad regnum
 gloriæ, nisi per regnum gratiæ, & cum ex
 corruptæ naturæ viribus non simus idonei,
 neque sufficiens ad pietatis opera præ-
 standi, tuum auxilium, vt te duce, auctore,
 gubernatore, & cooperatore, **F I A T**
 & perficiatur f vbique terrarum **V O-**
L V N T A S T V A, cui per omnia
 omnes subijciantur, ita vt bonum operan-
 do, & malum declinando, non amplius se-
 quentes concupiscentiam carnis, sugge-
 sionem Sathanæ, aut voluntatem propriam
 subdantur humiliter tuę legi, & nihil appe-
 rant præter executionem voluntatis, quę
 g est sanctificatio nostra, h docens nos quę
 facere tenemur, concilijs, præceptis, prohi-
 bit ionibus; nec hoc solum quod ad tuam

signi

a *Gabriel lect. 67. in can. Misf.*
 b *Lyra in 6. ca. Mat.*
 c *Gab. ib.*

d *1. ad Ti- moth. 2.*

e *Iac. Ba- yus lib. 4. insit. re- lig. Christ. cap. 30.*

f *S. Chri- stom. hom. 20 in Mat.*

g *1. ad Thebal. 4.*
 h *Magist. sentent. in 1. dist. 45.*

a *Iac. Br.*
gus vni su.
 b *Ad. Rom.*
 g
 c *Pf. 113.*

d *Mat. 26.*
Marc. 14.
 e *Luc. 22.*
 c *Act. 21.*
 f *Iob 1.*

g *Tert. lib.*
de Orat.
 h *S. Cypr.*
de Orat.
 i *S. Cyrill.*
Hier. cath.
Myflag. 5.
 l *S. Augus.*
libr. 2. de
serm. Dom.
in monte c.
 11.

m *Ad Gal.*
 n *S. Germ.*
in Theor.
rer. Eccl.

signi voluntatem attribuitur, sed fiat etiam,
 a & perficiatur in nobis, & toto orbe terra-
 rum voluntas tua beneplaciti, non quod il-
 lam impedire possit aliquis, nam b volun-
 tati tuæ quis resistit, e qui omni quæcun-
 que voluisti, fecisti? Sed ut illi taliter con-
 forme mur, quòd quantumuis nos affligas
 exemplo Christi tuidicamus, d non mea,
 sed tua voluntas fiat, aut cum discipulis
 Pauli ac primis fidelibus, e Domini vo-
 luntas fiat. ex tali adimpletione nomen
 sanctum tuum, cum f Iob laudantes, im-
 deprecantes id ipsum adimpleri, non ut-
 cunque, sed SICVT, eodemque mo-
 do sponte promptè, perfectè, & alacri-
 ter ac IN COELO, hoc est, in
 g spiritu, h fidelibus, i iustis, i beatis,
 Angelis, & ipso l Christo Domino; ita
 etiam ET IN TERRA, hoc est,
 carne, ut iam amplius m non concupiscat
 aduersus spiritum in infidelibus, & pecca-
 toribus ut in te credant, tuaque mandata
 humiliter obseruent: in viatoribus, ut imi-
 tando cælestes ciues in bono perseuerent,
 & in Ecclesia, ut in obedientia, tibi præ-
 standa suum sponsum Christum imitetur.

11. Insuper omnium creator necessaria
 subsidia, cum ad vitam animæ, tum corpo-
 ris conseruandam iusto ordine postula-
 mus, n duabus ex naturis, nimirum
 anima

anima, & corpore constamus, & vtrique, alimentum petendo dicimus, PANEM a vita spirituali seruientem, vt putà conciones, doctrinam orthodoxam, veram verbi Dei expositionem, sacrosancta Sacramenta, & in primis sacramentum sacramentorum, corporis, & sanguinis filij, b panem super substantialem, c de cælo descendentem, & vt adiectum, vel additamentum, PANEM etiam d temporalem, cunctaque præsentis vitæ necessaria, cibum, vestitum, habitationem, sanitatem, pacem, & tranquillitatem, & omne corporale subsidium nomine panis comprehensum, & NOSTRVM, e quia omnibus commune, NOSTRVM, f quia, non alienum ex furto, rapina, iniustitiæ, acq̃sistum, sed proprio, & iusto labore, g sudoreque vultus nostri iuxta tuam sententiam partum: NOSTRVM, h qui naturæ ad piè viuendum conueniat, non ad luxum, & ostentationem, seruiat, & NOSTRVM i quoad cibum filiorum, l non tradendum canibus, doctrinam nimirum catholicam, sacramenta, & cæremonias fidelium, non infidelium aut hæreticorum panem alienum, sed nostrum, & QVOTIDIANVM, m eum videlicet, qui satis sit ad naturam corporis conseruandam, non quod otium commendes, aut operans pro-

a S. Aug.
epist. 12.

c. 11. & S.
Hieron. in
c. 6. Matth.
& S. Cypr.
de orat.

domin.

b Matth. 6

c Ioan. 6

d S. Greg.
Nyssen. l.
de orat.

e Auctor

oper. im-
perfect. in
Matth. ho-
mil. 14.

f S. Greg.

Nyss. ser. 4

g Gen. 3.

h Iac. Ba-

yus lib. cib.

cap. 31.

i S. Cypr.

de orat.

domin.

l Matth. 16.

m S. Greg.

Nyss. ubi

supra.

a *Matth. 6*b *Luc. 12*c *S. Aug.**l. 2. de ser.**domin. in**monte c. 12*c *S. Ambr.**l. 4. de sa-**cram. c. 15.*d *Psal. 144*e *Gabr.**lect. 70. in**can. Miss.*f *Jac. Ba-**yus ubi su-**pra.*g *S. Petr.**Chrysolog.**ser. 67.*h *Jacob. 3.*

hibeas, sed quod anxiam solum interdicas sollicitudinem, cum nostri curam geras, & officium suum exequentibus necessaria sis prouisurus, a nam etiam auiculas pascis, & lilia decoré vestis; **Q V O T I D I A N V M**, b quia præcepta diuina quotidie oportet meditari, & operari, & c quotidie, si est possibile, Eucharistiam sanctam, aliaque sacramenta sumere, & frequentare; nam qui non meretur quotidie accipere, non meretur post annum accipere. Ideò cum his indigeamus, non mundus, sed tu clementissime Deus, d qui aperis manum tuam, & imples omne animal benedictione, **D A**, & concede **N O B I S** mendicis tuis ac filiis supradicta omnia sanctificata, vt corporibus nostris profint, & animabus non obfint, & hoc **H O D I E** e sine dilatione presentialiter semper donec hodie nominatur, f quamdiu vita hæc temporalis per dies labentes succedentesq; peragitur, vt non simus anxie solliciti de crastino, participando nimirum de illo pane, g qui satus in virgine, fermentatus in carne, in passione confectus, in fornace coctus sepulcri, in Ecclesijs conditus; illatus altaribus celestem cibum quotidie fidelibus subministrat in terris, & præmium beatis in celis.

h *Jacob. 3.*i **E T** precamur præterea, h quia in

mul-

multis offendimus omnes, & a peccauimus cum patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatem fecimus, **DIMITTE**, aut b solue ex thesauro, quem Christus Dominus in passione acquisiuit, nobis peccatoribus, & c egentibus gratia tua, **DEBITA**, siue peccata, quæ debita dicuntur, & sunt, quia d nos obnoxios reddunt, sicut, & ad alienum; nam e peccata, turpesque actiones copie sunt, & diuitiæ diaboli, quare inseruientes illis, se diaboli debitores constituunt, nec sunt debita vtrumque, sed **NOSTRA**, f idest, liberè, à libera nostra voluntate commissa. Verùm cum g tu solus auctoritate propria dimittere possis, h velisque precari, vt illa dimittas, & regulam ad id precandum præscripseris illis verbis; i mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis, dimitte nobis peccata l quantum ad culpam, & penam secundum præscriptam regulam; **SICVT, ET NOS**, m corde, ore, & opere, non vindicando, neque odium aut rancorem tenendo, **DIMITTIMVS**, omnem animi offensionem deponendo, **DEBITORIBVS**, & iniuriatoribus **NOSTRIS**, n veniam petentibus, imò, o & non petentibus etiam, cum iusseris, vt oremus pro inimicis nostris.

13. **ET** adhuc, p quia aduersarius noster

a *Judith. 7.*
 b *psal. 109*
 c *Durant.*
 d *vizibus*
 e *Eccl. l. 2.*
 f *c. 48 n. 34.*
 g *Ad Rō. 3.*
 h *Euth. in*
 i *c. 6. Matt.*
 j *S. Ambr.*
 k *l. 5. de sacram. c. 4.*
 l *S. Aug. ser. 28. de verb. dom.*
 m *lac. Bay.*
 n *l. cit. c. 32.*
 o *Matth.*
 p *9. Marc. 2.*
 q *S. Luc. 5.*
 r *h Matt. 18.*
 s *i Matth. 7.*
 t *Lyra in*
 u *c. 6. Matth.*
 v *m Gabr. lect. 72. in can. Miss.*
 w *n S. Aug. in Enchyr. c. 73.*
 x *o Idem l. 2. de ser. dom. in mō te cap. 13.*
 y *p 1. Petri 5*

a *Iacob. 1.* diabolus, tanquam leo rugiens circuit quaerens quem deuoret, & si tentatio sit saepe utilis; nam a beatus vir, qui suffert tentationem, tamen cum periculosum sit incidere in tentationem, propter victoriae incertitudinem, eo quod b caro sit infirma, quamuis spiritus promptus sit, tu qui pater noster, & praepotens es, NE NOS, c debiles, imparatos, ac rudes, ab aduersario, & hoste antiquo, qui omnia genera tentandi, & artes nocendi viri vetustatis edidicit, qui errorem venit nescium, fallit incautum, & decipit imperitum, d aliquando per seipsum, aliquando per socios, ministros, & res creatas, vt per mundum, carnem, homines, ei in malitia similes, per opes, honores, inopiam, infamiam, per aduersa, & prospera, & similia alia; ne, inquam, nos INDVCAS, seu e finas nos induci, aut intrare I N T E N T A T I O N E M ad peccatum inducentem, maxime, f supra id, quod possumus: quod si aliquando nos tentari permiseris, sicut tentasti g Abraham, h Iob, & i Tobiam, vt l palam fiat vtrum diligamus te, an non, m fac cum tentatione prouentum, n sub umbra alarum tuarum nos protegendo, o quia non sumus sufficientes ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex te est. p nam

te iuuante vincimus, te deserente vincimur.

14 Tandem vt nihil remaneat, quod vltra debeamus postulare, LIBERA ac protege NOS Deus salutaris noster propter gloriam nominis tui A M A L O a omni visibili, & inuisibili, b præfenti, & futuro, siue in hac vita, & in futura; in præfenti, c ab omni miseria, mortalitate, igne, aqua, fulgure, & tempestate, à bello, fame, peste, hostium, & bestiarum incurfione, captiuitate, prodicione, morte subitanea, morbis, & incommodis omnibus; & in futura, à damnatione, & morte perpetua, & à temporalibus purgatorij penis; LIBERA NOS, d & protege sicut pupillam oculi tui, vt tuo munimine tuti tibi feruiamus in hoc sæculo, ac te perfruamur absque impedimento in futuro. A M E N verè, & fideliter vt postulauimus, fiat à te clementissime Pater e per Filium tuum, in quo sunt omnes promissiones tuæ, & per quem est tibi Amen ad gloriam nostram.

15. Quod si breuiorem adhuc dominicæ orationis declarationem, seu potius argumentum desideras, septem continet oratio ista petitiones; quarum primâ pertinet ad Dei honorem, & reuerentiam, in qua petimus vt nomen Dei sanctificetur,

à *Gloss. ordin. Matt.*

6.

b *Gabr. lection. 79. in can. Misæ.*

c *Iac. Bayus lib. 4. instit. Relig. Cbrist. cap. 39*

d *Psal.*

e *2. Cor, 1.*

tur; & in seipſo, quantum ad ostentationem, & manifestationem; & in nobis quoad mores, vt nedum nomine dicamur, sed vita etiam ſimus, vt dicimur Christiani; quæ omnia petimus dicendo, *Sanctificetur nomen tuum*; Reliquæ verò sex petitiones pertinent ad nostram indigentiam: indigemus namq; fulciri bonis, & liberari à malis: primum postulamus in tribus primis petitionibus; & secundum in tribus posterioribus: Vnde in secunda huius orationis petitione, quæ est prima ex pertinentibus ad boni postulationem; petimus bona maxima, hoc est super cælestia beatitudinem nimirum, & gloriam futuram dicendo: *Adueniat*, nobis scilicet *Regnum tuum*, in quo beatificamur. In tertia petitione, petimus bona media, hoc est bona spiritualia, gratiam, & virtutes, dicendo, *fiat voluntas tua*, ita perfectè, *sicut*, ab Angelis, & beatis in celo, & ab hominibus viatoribus, in terra. In quarta petitione, petimus bona minima, hoc est, bona temporalia, & fortunæ, dicendo: *Panem nostrum quotidianum*, idest, alimentum, & res necessarias ad degendam præsentem vitam, *Da nobis hodie*. In quinta petitione; quæ est prima ex pertinentibus ad liberationem, à malis petimus liberari, hoc

hoc est, à malis culpæ dicendo: *Dimittite nobis debita nostra*, quibus te offendimus, *Sicut, & nos dimittimus*, quæ contra nos egerunt, *debitoribus nostris*. In sexta petitione petimus liberari à malis medijs, hoc est, ab occasionibus peccatorum, quales sunt Dæmones, mundi, & carnis tentationes, dicendo: *Et ne nos inducas*, hoc est, induci permittas, *in tentationem*. In septima petitione petimus liberari à malis infimis, hoc est, à malis temporalibus, & pœna, quales sunt labores, infirmitates, necessitates, & afflictiones temporales, dicendo; *Sed libera nos a malo. Amen.*

¶ 16. Ultimam Dominicæ orationis petitionem, chorus, vel minister in persona populi respondet, & sacerdos concludens adiungit, *Amen*. Ut oratio sic connexè, & simul à Sacerdote, & populo effundatur, & infinuetur, omnia supradicta non sibi soli, sed sibi, & populo ac toti Ecclesia postulasse Sacerdotem.

¶ 17. Ad cuius maiorem insinuationem annectit celebrans, embolismum, siue excrementiam (quæ est expositio, aut maior expressio ultimæ petitionis Orationis dominicæ, ut notarunt a Innocentius I I I. & b Amalarius) dicens: *Libera nos quesumus Domine*, &c. Qua in oratione ut

a *Lib. 5. de Miss. c. 29.*
b *Lib. 3. de Eccl. offic. cap. 29.*

ait

a De di-
uin. offic.
c. de celeb.
Missa.

b In expo-
sit. Miss.

c Serm. 8.
in Ps. 118.

d Concil.
Trid. sess.
3. can. 1. de
pecc. orig.
& sess. 6.
c. 1. de su-
ffrag.
e Calopin.
verb. libe-
ro.

aut a Alcuinus, per intercessionem, & me-
rita sanctorum precatur celebrans, vt nos
Deus liberet *ab omnibus malis*, spiri-
tualibus, & corporalibus, quæ nobis,
vel in præterito acciderunt, vel in præsen-
ti accidunt, vel in futuro accidere posse
formidamus. Petit etiam, *Vt det pacem*
in diebus nostris, id quod semper orauit
Ecclesia secundum b Florum; sed non debet
intelligi de pace impiorum; sed de pace
iustorum; in qua non mundanæ cupidita-
ti, sed diuinæ Religioni seruitur, vt in
ipsa postulatione explicatur illis verbis: *Vt*
opere misericordie tue adiuti, & a peccato
simus semper liberi, & ab omni perturba-
tione securi; Quia vt docet c S. Ambro-
sius, non solum de præteritis veniam de-
bemus postulare: sed etiam præsentia de-
clinare, & à futuris malis cauere; aliàs
non erimus semper, nec à peccato liberi,
nec ab omni perturbatione securi: sed ver-
ba ipsa cum illorum declaratione subijcia-
mus.

18. Sæpius per transgressionem man-
datorum tuorum d captiuitatem sub eius
potestate, qui mortis habuit imperium,
incurrimus: sæpius serui facti sumus pecca-
ti, sed LIBERA, e manumittito, ac
ex seruis liberos facito, NOS, qui nec
per vim nature, nec per ipsam etiam litte-
ram

ram legis Moyfi, inde liberari, aut surgere possumus, non quia liberum habeamus extinctum arbitrium, sed quia a sine te nihil possumus facere; & ideò **QVAESYMVS DOMINE**, ac totis visceribus deprecamur, eripe nos, **AB OMNIBVS**, & singulis **MALIS**, siue **b** culpis, **PRAETERITIS**, vt per contritionem, & satisfactionem deleantur, **PRAESSENTIBVS** angustijs, tentationibus, & tribulationibus, vt eas vincere possimus, **ET FVTVRIS** laqueis, & insidijs, vt cauere valeamus, & quia nos indigni sumus exauditione, **INTERCEDENTE** **c** aduocata nostra **BEATA**, **d** in ore omnium generationum quia Christum dominum in ventre portauit, **ET GLORIOSA**, **e** in corpore, & anima semper Virgine, **f** quia quamuis natura post partum nesciat vterius Virginem, gratia & parientem ostendit, & matrem fecit, & virginitati non nocuit, in **DEI** celi restauratoris, & terræ redemptoris **GENITRICE MARIA**, cui se tota simul infundit plenitudo gratiæ; **ET** intercedentibus etiam **BEATIS** ob meritum sanctitatis **APOSTOLIS** **T. VIIS**, à te Patre lumina ante mundi constitutionem electis, & à Christo tuo in tempore vocatis ad annuntiandum gen-

a Ioan. 15.

b Gabr.
lect. 80. in
can. Missa.c Eccles. in
antiph. sal-
us regina.
d Luc. 1.
e 11.
e S. Aug.
lib. de as-
sumpt. B.
Maria c. 5.
f 8 Bern.
ser. de as-
sumpt. Vir-
ginis.
f S. Thom.
3. p. q. 28.
art. 2. arg.
sed contra.

ribus Euangelium, mortemque suam in
 hoc sacrificio commemoratam, & aliquali-
 liter in ipsis renouatam, a & adimpleram
 præcipuè in P E T R O b crucifixo, E T
 P A V L O stigmata Christi in corpore
 suo portante, A T Q V E A N D R E A
 c crucis amore languenti, & crucis mortem
 anhelante, quare ipsos in particulari pos-
 stulamus pro nobis intercedere an simul
 C V M O M N I B V S generaliter SAN-
 C T I S Apostolis, martyribus, atque
 virginibus, & electis tuis; & illorum me-
 ritis, & intercessione, D A, & concede
 P R O P I T I V S d prorsus valdeque pius,
 & nobis tanta intercessione conciliatus,
 e ne in tanti sacramenti communione per-
 turbemur per insurgentia, mala. P A C E M,
 & conscientia, & temporis. I N D I E B V S
 N O S T R I S siue dum in hoc manemus exi-
 lio, V T pace conscientia, & O P E atq; auxi-
 lio, M I S E R I C O R D I A E infinita T V A E,
 ad quam refugimus A D I V T I, protecti,
 & roborati, & quoad animam A P E C-
 C A T O quouis commisso, & commit-
 tendo per indulgentiam, & præseruationem,
 simus, & permaneamus, S E M-
 P E R, nunc, & in futurum L I B E R I
 absque macula culpa, & obligatione ad
 poenam, E T per pacem temporis A B
 O M N I P E R T V R B A T I O N E, &
 auerfa

auerfa à recta ratione contrà naturam, animi commotione interius, exterius verò ab incurfu hostium tumultu bellorum, & afflictione persecutorum simus S E C U R I, ne impediamur, vel in seruitio tuo, vel in afsecutione pacis æternæ.

19. Hæc omnia dicit sacerdos sub silentio, ad significandum secundum b Innocentium I I I. Et c Rupertum silentium Dominicæ sepulturæ, & dum hæc incipit dicere, resumit Patenam quam post præsentationem offerendorum, sub palla absconderat, vel in Missis solemnibus Diaconus, Subdiacono coopertam dederat, quæ resumptio, dicunt d Alexander Alensis, & e Gabriel, significat reditum Apostolorum ad Christum Dominum post eius resurrectionem: Sicuti absconsio, vel portatio subdiaconi in Missis solemnibus figurauerat ipsorum Apostolorum in passione fugam: Et tandem seipsum cum patena signat celebrans in illis verbis; *Da propitius pacem in diebus nostris*, vt ostendat à cruce, & passione Domini, nostrarum animarum salutem, ac liberationem à malo, reditumque ac conuersionem ad Deum manasse. Apræt deinde hostiam adsumptionem media fractione, qua non fuit instituta à Sergio Papa, vt f Albertus Magnus dixit: sed ab Apostolis ipsis, iuxta

a Cicer. 4.
Tuscul.

b Lib. 5. de
Missi. c. 29.
c Lib. 2. de
diu. offic.
c. 16.

d 4. p. tra.
Stat. de Mis.
sa p. 2.
e Lect. 80.
in can. Mis.
sa.

f Tract. de
Missæ.

Christi Domini exemplum, vt colligitur
 haud obscurè ex Diuo a Paulo, & habetur
 clarè ex b S Dionisso, vt notauit c Du-
 rantus, & pluribus adhuc ex antiquo He-
 bræorum rituali probat d Baronius, cre-
 diderim tamen in modo fractionis varia-
 tiones fuisse, de quibus in præsentī nihil
 dicam, vt breuitate promissa illa, quæ mo-
 dò seruantur, declarem.

20. Frangit igitur hostiam sacerdos in
 tres partes, quarum vnā mittit in cali-
 cem; de qua diuisione multa scripsere
 Doctores: Sed e D. Thomas, f Alensis,
 g Stephanus Eduensis, h Gabriel, & alij
 conueniunt in hoc, quod hæc hostiæ di-
 uisio significet distinctionem corporis my-
 stici secundum diuersos status; modò, vt
 i aliqui volunt, pars missa in calicem si-
 gnificet Beatos, qui iam inebriantur vino
 lætitiæ, l & potantur torrente voluptatis
 Dei, & aliæ partes significant existentes
 adhuc in via, vt viuentes in terra, & exi-
 stentes in purgatorio, qui etiam sunt in
 via, pro quanto nondum venerunt ad præ-
 mium. Modò, vt m alij placet, pars
 missa in calicem significet viuentes in hac
 lacrymarum valle, qui existunt adhuc in
 calice laborum, & passionum; & aliæ par-
 tes eos, qui iam sunt securi de beatitudi-
 ne vel habita, vt sunt beati; vel habenda,

a 1. Cor. 10

b cap. 3. de

Eccl. hie-

rarch.

c Lib. 2. de

ritib. Eccl.

c. 51. & n. 1

& 8.

d Anno 34.

à n. 43.

e 3. p. q. 83.

artic. 5. ad

7. & 8.

f 4. p. tract.

de Mis. p. 2

g De sacra

ment. Alt.

cap. 18.

h LeEt. 80.

in can. Mis.

i Gemma

anim. c. 56

l Psal. 35.

m Stephan.

Eduen. de

sacram. Al

tar. c. 18.

da, vt sunt existentes in purgatorio.

21. Et tamen notandum cum a Gabriele, & b Duranto: aliud significari per fractionem hostiæ; & aliud per partes hostiæ fractæ; nam fractio significat Christi Domini Passionem; partes verò eos, pro quibus passus est, & ad quod passionis fructus deriuatur, vt modò dicebamus, & aliquantulum insinuat ipsa Ecclesia, iubens fiat fractio, dicendo illa verba; *Per eundem Dominum nostrum* &c. ac si diceret per passionem eiusdem Christi Domini, omnia bona spiritualia fuisse partibus Ecclesiæ communicata? *dul moup M. E. D.*

22. Nisi velimus dicere, cum c Honuphrio Menescal hostiam frangi in signum, percussi fœderis, inter Deum existentem in illa, & sacerdotem offerentem, & sumentem; vt recordetur sacerdos iudicium & mortem sibi manducare, vt ait d Apostolus, si indignè manducat, ipsumque esse frangendum, & percutiendum, ac instar Iudæ e medium crepaturum, si indignè fregerit, & sumpserit tantum sacramentum. Similis namque caremonia fuit ad firmitatem fœderis indicandum: seruata ab antiquis nedum infidelibus, vt tradidit Cicero; sed etiam fidelibus, vt cum Deo ipso fœdus percutientibus, vt dicit g scriptura sacrâ. *M. O. R. P. E. R. O. N. I. S. P. E. R. O. N. I. S. P. E. R. O. N. I. S.*

a *Lecl. cit.*
b *Lib. de rit. Eccles. c. 51. nu. 2.*
c 7.

c *Tracl. de vulner. lateris Christi c. 1. §. 3.*

d *1. Cor. 11*

e *Acl. 1.*

f *Lib. de inuent. Titus Livius, & alij.*

g *Gen. 75. 94. Hser. 34.*

23. De quibus omnibus nos admonet Ecclesia sancta, iubens ut hæc fiat fractio in conclusione prædicta orationis, ut verbis ipsis recorderetur sacerdos passionis Christi Domini, & originis illius, nempe peccati, animæ veram pacem impediētis, ut caueris hoc illius fructum participare mereatur, nam verborum sensus continuandi superioris orationis declarationem talis est.

24. Nedum per sanctorum intercessionem, exoramus æternæ Deus, ut nobis pacem concedas, sed etiam **PER EVNDEM**, quem sub Sacramento hoc verè contineri confitemur **DOMINVM NOSTRVM**, a cui data est omnis potestas in cælo, & in terra, **IESVM CHRISTVM FILIUM TVM**, qui b vt pacem, & unitatem plenam, atque perfectam doceret, corpus, & sanguinem suum in his rebus commendavit, quæ ad vnum aliquid rediguntur, & **QVITECVM VIVIT æternaliter, ET REGNAT** potenter in tanta pace, quod **IN VNITATE**, & identitate essentiæ, & naturæ, **SPIRITVS SANCTI**, qui nexus est vtriusque **DEVS** tamen vnus, verus, & coæternus in tribus personis; **PER OMNIA SÆC-**

CV-

ib. B. d. d.
in sb. d. d.
Nolop. d. d.
c. d. d. d.

ib. B. d. d.
a **Matth. 28**
b **S. Aug.**
tract. 26.
in Ioan.

ib. B. d. d.
in sb. d. d.
c. d. d. d.
d. d. d. d.
e. d. d. d.
f. d. d. d.
g. d. d. d.
h. d. d. d.
i. d. d. d.
k. d. d. d.
l. d. d. d.
m. d. d. d.
n. d. d. d.
o. d. d. d.
p. d. d. d.
q. d. d. d.
r. d. d. d.
s. d. d. d.
t. d. d. d.
u. d. d. d.
v. d. d. d.
w. d. d. d.
x. d. d. d.
y. d. d. d.
z. d. d. d.

CVLA S AE CVLORVM.

A M E N. fideliter, & infallibiliter.

25. Tamen quia, & seipsum, & sacramentum præparat sacerdos ad communionem, & a in pace factus est locus eius; b nam est Deus pacis, & dilectionis, ut ait Apostolus, c & veniens in carne pacem per Angelos nuntiavit; d vivens pacem prædicavit; e & ascendens in celum pacem Apostolis suis dereliquit: Optat celebrans pacem, quam postularat, nimirum ad Deum, f ordinata per fidem sub æternæ legis obedientia, ad seipsum, per ordinatam cognitionis actionisque concessionem, ut quod recta ratio dicitur, efficaciter voluntas imperet, & ad proximum, per ordinatam cum omnibus concordiam, ut nulli noceat, & cuius cum possit, proficit: omnibus communicaturis dicens; *Pax Domini sit semper vobiscum*: Et id ipsum sacerdoti desiderat populus respondens per ministrum, *Et cum spiritu tuo*. Sed horum verborum annectamus expositionem.

26. Securitas (ait sacerdos), motuum omnium, & perturbationum expers, quæ est vera PAX, g seu tranquilla libertas: imò non quævis pax, sed PAX DOMINI, ac proinde æternalis h in spei certitudine, cordis in puritate conscientie, & temporis in perturbationum mode-

a *Psal. 75.*b *Ad Eph. 2.*c *Luc. 2.*d *Marc. 9.*e *Ioan. 14.*f *lac. Bayus*

l. 3. de Eu-

char. c. 40.

g *Cicer. 2.**Philipp.*h *Gabr.*

l. 1. c. 81. in

can. Miss.

ratione, SIT ac permaneat SEMPER & quoad vixeritis VOBIS CVM ad fructuosè participandum, sumendumque sacramentum hoc excellentissimum pacis, & unitatis symbolum.

27. Eandem imprecans sacerdoti minister respondet, quasi superaddendo nedum cum externis actionibus, & operationibus tuis, sed

a Sanctes
Pagni in
Isagog. ad
Myth. sens.
script. lib.
3. c. 29.

ET CVM SPIRITV TVO, & internis cogitationibus sit pax eadem, vt vndequaque quietus, & paratus sacrificium iugiter perficias.

28. Sacerdos verò mittens in calice particulam illam hostiæ, cum qua ter super calicem signauit, recitat illa verba; *hec commixtio* &c. quorum declaratio est vt sequitur.

b Bellarm.
lib. 2. de
Miss. c. 28.
ad 1.

29. HÆC sacramenta COM-
MIXTIO, quæ modò fit, b non in propria specie, quomodo absque noua Christi Domini vulneratione, quod aures abhorrent audire, fieri nequit, sed in specie panis, & vini, quomodo videri, tangi, frangi, & misceri verè dicitur, E T
CONSECRATIO, c quæ iam verbis Christi Domini fuit facta, vel quæ d modò etiam non simpliciter sed ratione nouæ cuiusdam, & sacramentalis significationis, vtputa resurrectionis atque uationis animæ, & corporis Christi, importatè

c Gabr.
lect. 81. in
can. Miss.
d Bellarm.
ibid. ad 2.

ratae per istam adiunctionem speciarum a
 sicut diuisa species Domini mortem ob ocu-
 los ponebant , C O R P O R I S b veri
 crucifixi , sepulti ac resuscitati ; E P S A N -
 G V I N I S in cruce pro salute nostra
 effusi , DOMINI saluatoris , & redempto-
 ris N O S T R I I E S V C H R I S T I , c
 qui iam non moritur , nec mors illi ultra
 dominatur , F I A T , & proficit A C C I -
 P I E N T I B V S N O B I S sacramen-
 taliter , & spiritualiter per gratiæ augmen-
 tum , & animæ nutritionem , I N V I -
 T A M , seu ad vitam A E T E R N A M ,
 finalemq; beatitudinem ; d non quod ipsa
 actio commiscendi , & consecrandi nos sal-
 uet , sed quod verum commixtarum de-
 uota sumptio proficit nobis ad salutem
 æternam . A M E N , & efficaciter .

30. Immo potius quia omne nostrum
 bonum , & digna Eucharistiæ sumptio
 consistit in possessione dictæ triplicis pa-
 cis precationem , *Agnus Dei* , ter re-
 petitam orationem , quæ incipit , *Domine Iesu Christe qui dixisti* , & in Missis
 solemnibus , *osculum pacis* adiungit sa-
 cerdos . Quæ omnia ad dicta pacis postu-
 lationem , & manifestationem ordinantur ,
 vt de se patet , & dicunt e Isidorus Pelusio-
 ta , f Optatus Mileuitanus , g Florus , &
 alij : Et si orationem *Domine Iesu Christe*

a Tac. Bay.
 l. 3. de iur.
 ch. r. c. 40.
 b Gabr. obi
 sup.

c Ad Rom.
 6.

d Bell. loc.
 citat. ad 3.
 Tac. Bayus
 obi sup. &
 Azor. tom.
 1. lib. 10 c.
 vlt. dub. 10

e Ep. Paul.
 f Lib. 3.
 g In. expof.
 Miss.

a *De Eccl. obser. c. 18.*

b *Lib. 2 de rit. Eccl. d. c. 52. 53. & seq.*

c *Cap. 3. de Ecc. hierar.*

d *Li. 8. cōst. Apost. c. 18*

e *Concil. 1. Nic. apud*

Alph. Pis. lib. 3. c. de

diu. ment. f Apologet.

2.

g *In expo- sit. Miss.*

h *Lib. 6. de Miss. c. 4.*

i *Lecl. 81. in cā. Miss.*

l *S. Alger. l. 2. de sa-*

cram. c. 3.

m *Jerem. 11*

n *Isaia 16.*

o *Theoph. in cap. 1. S.*

Ioā. et Iac. Bay. l. 3. de

Euch. c. 40.

excipiamus; quia auctore a Micrologo fuit à deuotione Religiosorum introducta, omnia ex Apostolica traditione, & non ex præcepto, aut ordinatione Leonis I. Innocentij I I. Sergij alterius Romani Pontificis, vt quidam volunt, manasse, probat b Durantus ex c Dionysio Areopagita, d Clemente Romano, e Concilio Nicæno, f Iustino, g Floro, & alijs.

31. Verum est tamen dictos Pontifices aliqua mutasse in supradictis, vel in loco, vel in modo dicendi, vt ex h Innocentio III. ex Gabriele, i & ex ipsis Mis- salibus colligere licet, id quod forsitan voluerunt dicere graues Auctores, qui relatis Pontificibus institutionem alicuius ex supra enumeratis tribuerunt, sed horum declarationem subijciamus.

32. Quia l non quod videtur, sed quod verè est credimus, ipsum sacramentum quasi diuinum quiddam adoramus; quasi vnum quiddam, & rationale alloquimur, & rogamus: A G N V S, innocens, immaculate, m & mansuetissime portate ad victimam, n & ad occisionem sicut ouis obmutescens coram persecutoribus, & non aperiens os tuum. A G N V S o secundum humanam naturam, secundum quam purus est ab omni peccato, & D E I es agnus in quantum pro no-

stra

stra omnium salute , & in ara crucis im-
 molatus es, & Deus Pater mortem tuam
 pro generis humani liberatione accepta-
 uit, vnde **Q V I** a vt hostia acceptif-
 sima ratione diuinitatis **T O L L I S**,
 quod proprium est Dei, **P E C C A T A**
M V N D I, b dimittendo ea diuina
 auctoritate ; & propria morte Patrem
 humano generi reconciliando, **M I S E-**
R E R E N O B I S, peccata non impu-
 rando, & penas remittendo, vel **D O-**
N A N O B I S P A C E M finalem,
 beatificam, & æternam.

33: Deinde iunctis manibus super al-
 tare inclinatus, & positione corporis se
 non proprijs, sed Christi Domini meritis
 inniti ostendens, vt id ipsum, & verbis
 manifestet prosequitur sacerdos.

34. **D O M I N E**, c Deus charitatis,
 & pacis, non dissensionis, **P E S V**
C H R I S T E, Saluator benignissi-
 me, **Q V I** d irurus ex hoc mundo ad
 Patrem, **D I X I S T I A P O-**
S T O L I S T V I S, à te electis,
 & ad Euangelij prædicationem missis, **P A-**
C E M, e non mundi, quæ apparens
 est, & ficta, sed pacem sanctorum,
 quæ in securitate consistit conscientiæ,
R E L I N Q V O V O B I S, vt
 vobiscum maneat in æternum; **P A C E M**

a Lyr. in c.
1. Ioan.

b Gabr Is-
Elion. 81.
in can. Mis-
sæ.

c Ad Rom.
15. & 1.
Corint. 14.

d Vtraque
Glos. Ioan.
14.

e Lyr a
Ioan. 14.

a Eccl. in orat. pro pace. M E A M, veram, & saluantem, & a
 qualem mundus dare non potest, D O
 & concedo V O B I S, quos vt b refice-
b Matt. 11. rem laborantes vocaui, N E R E S P I -
 C I A S P E C C A T A M E A, qui-
 bus iram tuam potius, quam pacem pro-
 merui; c nam si iniquitates obseruaueris,
c Ps. 129. quis sustinebit? S E D respice, d non
d Bellar. lib. 2. de Miss. c. 27. quod ego absque fide accedam, sed quod
 me peccatorem agnoscam, & licet meo
 videri, peccati saltem mortalis conscientiam non habeam, fateor me non habere
 tantam fidem, & puritatem, quantum
 sacramentum istud, illiusque participatio
 requirit; vnde non aspicias F I D E M
e Gabriel lect. cit. meam; sed F I D E M, qua e eam tibi
f Ad Eph. 5 desponsasti E C C L E S I A E T V A E,
 pro cuius f sanctificatione te ipsum in mor-
 tem tradidisti, vt illam tibi exhiberes,
 non habentem maculam, aut rugam, aut
 aliquid huiusmodi, E A M Q V E vt tibi
 vnde quaque placeat, S E C V N D V M
 V O L V N T A T E M T V A M, qua
 venisti pacificare omnia, siue qua in ce-
 llis, siue qua in terra sunt, P A C I F I -
g Iac. Bay. lib. 3. de Euch. c. 40. CARE, g ac quietam ab omni perse-
 cutione reddere, illam ab infidelibus, &
 persecutoribus, & maximè ab omni hostis
 antiqui molimine custodiendo, E T C O A -
 D V N A R E D I G N E R I S vinculo cha-
 rita-

ritatis, & vnanimittatis, quatenus in bonis pacificata, in malis custodita, in charitate adunata, intus, & foris à te recta, tantæ communionis gratiam, a & huius diuinæ mensæ fructus, quod absque vnione charitatis, & pacis, impossibile est, promereri possit: vt sic enim vnum multi fitemus instar tui, Q V I ab æterno V I V I S, E T R E G N A S non solus, sed cum Deo Patre, & Spiritu sancto, in vnitare tamen eiusdem naturæ, & essentiæ, & potentia DEVS vnus, PER OMNIA SÆCVLA SÆCVLORVM. AMEN.

35. Si danda est pax, dans illam dicit sacerdos ministro, & in ipso omnibus astantibus; vt b apti sitis sacrosanctis Eucharistiæ mysterijs, quibus absque charitate, & pace nemo dignus est, PAX Christi, & Ecclesiæ, quam osculo pacis signo, represento; sit T E C V M vsque ad inimicorum cordialem reconciliationem: Minister verò id ipsum sacerdoti optans, respondet, E T etiam Christi vera pax sit, & maneat C V M S P I R I T V I V O, vt iugiter, & prout decet, hoc pacis sacramentum participando, c Christi concorporeus efficiaris.

36. Sed dum hæc dicit sacerdos, aliquas facit cæremônias, notatu dignas; exaltat enim vocem dicendo, Per omnia sæcū-

a S. Chry-
sost. homil.
de proait.
Iuda. & ho
mil. 51. ad
popul. An-
tioch.

b Gabriel
lect. 82. in
can. Missæ.

c S. Cyrill.
catb. 4. my-
flag.

la seculorum, & , *Pax Domini sit semper vobiscum*, ad repræsentandum gaudium de Dominica resurrectione, dicunt a Rupertus, b Alexander Alensis, & alij.

37. Miscet non corpus & sanguinem, quæ immiscibilia sunt, sed species corporis & sanguinis, quæ ratione contenti dicuntur corpus, & sanguis Christi Domini: ad significandum ipsius Domini corpus, & animam fuisse reunita in resurrectione; ita c Amalarius, d Alexander Alensis, & e Azor: & ratio est quam supra tetigimus; nimirum speciem vini ad animam Christi Domini referri, & speciem panis ad corpus, vt optime declarat f Amalarius his verbis: In isto officio monstratur sanguinem fustum pro nostra anima, & carnem mortuam pro nostro corpore, redire ad propriam substantiam, atque spiritu viuificante, vegetari hominem nouum, vt ultra non moriatur, qui pro nobis mortuus fuit, & resurrexit.

38. Facit etiam sacerdos très cruces, cum particula hostiæ super calicem, dicens: *Pax Domini sit semper vobiscum*: ad insinuandum ait g D. Thomas, Christum Dominum tertia die propria virtute resurrexisse.

39. Triplicat deprecationem, *Agnus Dei*, & percutit in singulis pectus; quia triplicem

a lib. 2. de
diu. offic.
cap. 16.

b 4. p. tra.
de Mis. p. 2

c lib. 3. de
Eccl. offic.
cap. 31.

d 4. p. tra.
de Missa.

par. 2.

e tom. 1. l.
10. c. ult.

q. 20.

f loc. cit.

g 3. p. q. 83
ar. 5. ad 3.

triplicem dictam pacem postulat, quæ, vt notauit a Alexander Alensis, non nostris meritis, sed diuina misericordia est nobis conferenda: & ideo primis duabus vicibus dicitur, *miserere nobis*, & tertia, *da nobis pacem*: ita vt sensus sit, *miserere nobis*, quantum ad animam; *miserere nobis*, quantum ad corpus; *da nobis pacem*, secundum vtrumque, vt habeamus pacem spiritualem, & temporalem.

40. In Missis verò defunctorum, vt aduertit b Gabriel post c Alexandrum de Ales, non dicitur, *donabis pacem*, sed *dona eis requiem*; quia, vt ait d Iacobus Bayus, immobili decreto suorum operum finem, ac terminum adepti sunt. Vnde Missa pro defunctis (dicit e Alexander de Ales) specialiter celebratur, vt quies à penis eis indulgeatur. Et quoniam, vt addit f Gabriel, animabus triplex optatur requies à triplici nimirum afflictione, vtputà à pœna ardoris, à corporalibus tenebris, & ab afflictione spectatæ beatitudinis; quarum duæ primæ, si cum præcisione tertiæ accipiantur, sunt temporales; tertia vero æterna: tertia vice non postulatur simpliciter requies, sed cum addito requies sempiterna.

41. Verùm in solemnibus Missis, dum communio fit, *Agnus Dei*, à choro cantatur

a loc. cit.

b lect. 81.

in canon.

Missæ.

c vbi sup.

d libr. 3. de

Euchar. c.

40.

e vbi sup.

f loc. cit.

tatur

a *In ratio.*
lib. 1. c. 32.
num. 1.
 b *Eccle. in*
praf. pafch.

tatur, secundum a Durandum, vt omnes credamus, quia ipfius agni corpus, & sanguis tunc fumitur, qui b abstulit peccata mundi, & mortem noſtram moriendo deſtruxit, & vitam reſurgendo reparauit Ieſus Chriſtus Dominus noſter, & vt ore- mus omnes, ipſum numquam deſiſtere, miſereri nobis, qui in paſſione miſertus eſt noſtri,

c *1. Petr. 5.*
ad Rom. 16
& aibi ſe-
pe.
 d *Lib. 2. de*
Miſs. c. 6.

42. Salutatur tandem populum in Miſſis ſolemniſibus iuxta præceptum c Apoſtoli- cum in osculo ſancto, id eſt, pacifico, ve- ro, columbino, non ficto, non ſubdolo; osculum enim, vt probat d Innocentius III. in ſacra ſcriptura ſignificat vnionem, cha- rritatem, pacem, & reuerentiam, id quod ipſa veritas Chriſtus Dominus, apertè in- ſinuauit, in e illis verbis ad proditorem Iu- da, osculo filium hominis tradis, instru- mento pacis ait f Gloſſa, interlinearis, g & Lyra, ſigno charitatis, & Eccleſia hoc in loco pro ſymbolo vnionis, & charitatis oscu- lo vtitur, vt charitate omnes reconciliati inuicem (verba ſunt h S. Iſidori) digni Sa- cramento corporis, & ſanguinis Chriſti conſocientur, quia non recipit diſſenſio- nem cuiuſquam, Chriſti indiuiſibile corpus.

e *Luc. 22.*
 f *In 22. c.*
Luc.
 g *Ibid.*

h *Lib. 1. de*
Eccle. offic.
cap. 15.

i *Vbi ſupr.*
c. 5. & Du-
randus in
ration. l. 4.
c. 53. n. 2.

43. Nec approbo quod i Innocentius III. & alij dicunt in primitiua Eccleſia, ſingulis diebus intereſſentes Miſſarum ce- lebra-

lebrationi, communicari solitos; quod postea multoties variatum, tandem in pacis osculum fuit mutatum: nam quamvis verum credam primos Christianos quotiescunque astabant huic sacrificio communicasse, falsum iudico ritum hunc in pacis osculum temporis cursu commutatum fuisse, quia a S. Dyonysius Areopagita, b S. Clemens Romanus, & alij religionis nostræ primarij huius mystici pacis osculi meminerunt; fuit igitur laudabilis illa consuetudo, vel crescente Christianorum numero, vel refrigescente charitate antiquata, & osculum pacis quod etiam cum illa fiebat, semper perseveravit, non tamen absque variatione.

a De Eccl.
Hier. c. de
commun.
b Lib. 8.
const. Apo-
stol. c. 11.

44. Primitus enim erat oris osculum, non obscænum, sed sanctum charitatis, & deuotionis, vt solita eloquentia docuit c Chrysostomus his verbis: templum Christi sumus: itaque templi vestibula, & aditum osculamur, cum alij alios osculamur: An non cernitis, quot nam homines etiam huiusce templi vestibulis osculum figunt, partim inclinato capite, partim manu tenentes, atque ori manum adiuuantes? Ac per has portas, & Ianuas ingressus est Christus, & ad nos ingreditur, cum communicamus. Nostis enim vos, qui mysteriorum participes estis quid dicam: neque enim vulgari quodam honore os nostrum

c Hom. 30
in ep. 2. ad
Cor. 13.

afficitur, cum corpus dominicum excipit; eaque præsertim de causa, tum mutual oscula iungimus. Audiant, qui obscena loquuntur, & qui conuitia proferunt, & horrescant cogitantes, quale os deturpent, ac dedecorent. Audiant qui obscene osculantur. Et confirmauit a Lyra ex S. Hieronymo dicens: Dic sacerdos, dic clerice, quomodo eisdem labijs deoscularis filium virginis, quibus deosculatus es filiam meretricis? Et apertius b S. Augustinus, dum ait: Post orationem dominicam, quam accepistis, & reddidistis, dicitur, Pax vobiscum, & osculantur se inuicem Christiani, in osculo sancto, quod est signum pacis, si quod ostendunt labia, fiat in conscientia; id est, quomodo labia tua ad labia fratris tui accedunt, sic cor tuum, à corde illius non recedat. Cæterum id non promiscue, sed magna cum cautione factum fuisse constat ex loco citato S. Clementis: carnales namque amplexus, auctore c Amalario, quibus sapissimè iunguntur viri, & feminae, vitandi sunt in Ecclesie conuentu. Ac ideo separantur viri ac feminae in Ecclesia, non solum ab osculo carnali, sed etiam situ locali; sed quia cautela hac non obstante, sub recti specie aliquid libidinis, diabolico affectu irrepletur, vti insinuant d Athenagoras Chri-

a In c. 26.
Matth. in
expos. mor.

b Serm. 83
de diuers.

c Lib. 3. de
Eccl. offe.
cap. 32.

d Orat. ad
Christ.

stia-

stianus Philosophus, & a Clemens Alexandrinus, tabella Christi imaginem, aut sanctorum reliquias continens, offertur iam singulis osculanda, & laudabiliter quidem, ait b Baronius, nam & prudentiores gentiles vitasse dicuntur, osculum formosorum, vt de Agesilao tradidit c Plutarchus.

45. Verum in Missis pro defunctis pacis osculum non datur, dicunt d Durandus, e Azor, f & Glosa, quia iam non sunt in perturbatione huius mundi, sed quiescunt in domino. Vnde nec pace indigent temporali, nec osculo signo illius, & ideo nec oratio illa supra explicata, *Domine Iesu Christe qui dixisti*, &c. in defunctorum missis dicitur, quia iam mundi leges, defuncti transferunt, & requiescunt cum signo fidei, & dormierunt in somno pacis; Vnde non possunt à malis hominibus infestari, nec peccatis amplius irritari, nec extolli in prosperis, nec frangi in aduersis, nec egent alijs, quæ in ista oratione postulamus, ita g Gabriel.

46. Post hac celebrans antequam accedat ad sacrosanctæ Eucharistiæ sumptionem, quæ vt canit h Ecclesia, mors est malis, vita bonis, ad maiorem reuerentiam, & dispositionem, denuò orationem fundit, & Eucharistiam adorat, quia secundum i

a Lib. 3. *Pedagog. & l. 5. Stromat.*

b Ann 45. nu. 26.

c Lib. de aud. *Poët.*

d In *ratio. l. b. 4. c. 53. nu. 8.*

e *Tom. 1. l. 10. c. vlt.*

f *12. 1. 10*

g In *canon. pacem de consecrat. dist. 2.*

h *Lecl. 82. in canon. Miss.*

i In *prosa de sacram.*

i In *Pf. 98.*

S. Augustinum; nemo carnem Christi manducat, nisi prius adorauerit: adorationem verò oratio consequitur. Et hic quidem duplex, prima pro digna corporis Christi sumptione, & incipit; Domine Iesu Christe fili Dei viui: secunda pro fructuosa ipsius sumptione, & incipit *Perceptio corporis* est, quæ orationes, vt post a Micrologũ dicitur, quæ orationes, vt post a Bellarminus non fuere ab ordine antiquo Romano præscriptæ, sed à deuotione religiosorum introductæ explicationem tamen illarum ad maiorem deuotionem accipe.

a De Eccl. obser. c. 18.
b Lib. 1. de Miss. c. 27.

c 1. ad Timoth. 6. & Apocal. 17. & 19.

d 1. ad Roman. 8.

e Ad Rom. 8.

f Sac. Bay. l. 3. de Euchar. c. 40.
g Lyr. in c. 1. Ioan.

47. DOMINE IESU CHRISTE, qui es rex regum, & dominus dominantium, Deus Deorum, celi, & terræ auctor. FILII vere, & naturalis DEI VIVI per æternam generationem tibi naturam, essentiamque diuinam communicantis; QUID in similitudinem carnis peccati EX VOLUNTATE tui æterni PATRIS, qui de peccato damnauit peccatum in carne, COOPERANTE SPIRITU SANCTO, cuius tecum, & cum Patre vna, & indiuidua est substantia, vna voluntas, idemque consilium, & operatio, PER MORTEM TVAM, quam f. secundum naturam humanam sponte, & voluntariè passus est in cruce, MVNDVM, seu g. peccatores

tores mundialiter viuentes V I V I F I -
 C A S T I totius humani generis pec-
 catis deletis, & hominibus, gratia, qua,
 Deo anima viuit, illuminatis faltem ex par-
 te pretij ac meriti, libera per applicationem
 eiusdem pretij, me istud facrificium offe-
 rentem P E R H O C verè, & reali-
 ter præfens, quamuis ob fidei meritum,
 velatum, & S A C R O S A N -
 C T V M ob gratiæ plenitudinem, &
 diuinitatis vnionem, C O R P V S ^a
 pro nobis in cruce oblatum, & sub specie-
 bus panis, nobis in cibum paratum, ET
 S A N G V I N E M T V V M,
 quem in pretium fimul, & lauacrum effu-
 didi, & nunc in potum salutarem præ-
 bes, A B O M N I B V S, & fin-
 gulis etiam occultis, I N I Q V I -
 T A T I B V S M E I S, animam
 deformantibus, & dignam tantifacramen-
 ti fumptionem impredientibus, ET ^b am-
 plius laua me domine ab V N I V E R -
 S I S præteritis, præfentibus, & futu-
 ris M A L I S, vt summæ tuæ maie-
 ftati congruum in me exhibeatur domici-
 lium, ET in super F A C efficaciam tua
 gratia me, & eos pro quibus offero tuis
 ac proinde fuauibus ac leuibus: nam ^c iu-
 gum ritum fuauæ, & onus leue, S E M -
 P E R I N H A E R E R E, & obe-
 dire

*a Gabriel
lect. 83. in
can. Miss.*

b Pſal. 50.

c Matth. 11

dire mandatis, in quorum obseruatione
 perfecta vita, & animæ salus consistit, E T
 a *Psal. 41.* A T E fonte vitæ, a ad quem sicut
 ceruus sitio, & anhelat, NVNQVAM,
 nec in præsentis sæculo per peccatum,
 neque in futuro per damnationis senten-
 tiam, S E P A R A R I, seiungi, aut
 diuidi P E R M I T T A S, sed perpe-
 tua concede coniunctione sociari, qui in
 vnitæ essentia, & potentia æqualitate,
 CVM EODEM supranominato DEO
 b *Gal. 4.* PATRE, b qui te misit in mundum, E T
 c *Eccles. in* SPIRITV SANCTO, c de quo conceptus
 f. *symb.* es, VIVIS, ET REGNAS æternaliter
 D E V S verus, I N S A E C V L A
 S A E C V L O R V M. AMEN.

d *Iac. Bay.* 48. Cum d solus de indignis dignos,
 vbi *supr.* de immundis mundos, & de peccatori-
 bus iustos facias, P E R C E P T I O hæc
 sacramentalis, veri C O R P O R I S T V I,
 imo, & sanguinis ac diuinitatis, D O-
 M I N E I E S V Christe, qui clauis cæ-
 e *Apoc. 1.* li, e & mortis, & inferni, habes, quod
 EGO officio presbyter, merito tamen I N-
 D I G N V S: nam spectata maiestatis tuæ
 excellentia solis radijs, & ipsis etiam An-
 gelis puriores oporteret esse percipientes
 S I M E R E, de tua bonitate confidens,
 atque inuitatione protocatus P. R A E S V-
 M O, siue propono, non audacia, sed amo-

re salutis incitatus, a & tuo constrictus
 præcepto, N O N M I H I ob de-
 factus, & negligentias meas, P R O V E-
 N I A T aut accrescat I N I V D I-
 C I V M, damnationem, E T C O N-
 D E M N A T I O N E M perpetuam cor-
 poris, & animæ, ita vt b reus sim cor-
 poris, & sanguinis tui, & tanquam c in-
 trans ad nuptias non indutus veste nuptia-
 li projiciar in tenebras exteriores; S E D
 P R O T V A P I E T A T E, quo
 pro nobis mori dignatus es, isthæc per-
 ceptio, ad quam pro humana fragilitate
 me probavi, nec peccati mortalis con-
 scientiam inueni, d in quo tamen iustifica-
 tus non sum, P R O S I T, & utilis sit
 M I H I nomine Ecclesiæ offerenti, su-
 menti, & celebranti, A D T V T A-
 M E N T V M, & securam defensionem,
 M E N T I S, E T C O R P O-
 R I S, e vt illius virtute anima prote-
 gatur a tentatione, consensu, & opere
 peccati, corpus verò ab imminentibus ma-
 lis, & periculis, prosit etiam, sitque mihi
 utilis, E T A D M E D E L A M,
 antidotum, salutisque medicinam P E R-
 C I P I E N D A M contra vulnera, mor-
 bos, languores, cunctasque spirituales in-
 firmitates, ac omne peccati virus; quæ
 omnia concedas quæso tu Q V I, f non

a *Gabriel
 lect. 83. in
 can. Miss.*

b *1. Cor. 11
 c Matt. 22.*

d *1. Cor. 4.*

e *Iac. Bay.
 ibid.*

f *Matt. 9.*

a *Eecl. in
 prof. de sa-
 cram.*

venisti vocare iustos, sed peccatores, ad pœ-
 nitentiam, QVI, vt quos voracitas occi-
 derat, cibus etiam viuificares, teipsum in
 cibum præbuiſti, sub his ſpeciebus, a nec
 ſumptus conſumeris, ſed integer perſeue-
 ras, V I V I S, E T R E G N A S
 ad dexteram Patris in coelis, CVM ipſo
 D E O P A T R E qui te æternali-
 ter genuit, I N V N I T A T E S P I -
 R I T V S S A N C T I in per-
 ſonis trinus, ſed in eſſentia D E V S
 vrus, P E R O M N I A S A E -
 C V L A S A E C V L O R V M.
 A M E N.

b *Pſal. 115*

49. Dictis his orationibus, & ſumpta
 fiducia, & ſpe diuinæ Miſericordiæ ge-
 nuſſexus adorat Euchariftiam, & ſe eri-
 gens ſacerdos omni cum reuerentia acci-
 pit partes hoſtiæ ad ſumendum illas, di-
 cto prius *Panem cœleſtem accipiam*, b &

c *Matt. 8.*

nomen Domini inuocabo. Ceterum confi-
 derans quanta puritas ad dignam tanti ſa-
 cramenti ſumptionem requiratur, propriam
 adhuc indignitatem recognoscens, nedum
 corpore, ſed animo præcipuè humiliatus,
 ſeque in pectore percutiens dicit ter cum
 Centurione, c *Domine non ſum dignus,*
vt intres ſub tectum meum, ſed tantum
dic verbo, & ſanabitur anima mea. Ac
 demum muniens ſe ſigno crucis, ſupra pa-

tenam, & ante pectus cum hostia consecrata facta, precatur ut in se spirituales habeat effectum dicens, *Corpus Domini nostri Iesu Christi custodiat animam meam in vitam æternam, Amen.* Et Corpus Christi Domini, sub speciebus panis, humiliter, deuotè, & reuerenter sumit, iunctisque manibus quiescit aliquantulum in contemplatione beneficij accepti.

50. Adorat post hæc iterum genuflexus Eucharistiam sub specie vini, purificationisque digitis ac corporali in calice, debita cum reuerentia illum accipit, dicens, *Quod retribuam Domino &c.* & cum illo super aram, seu consecratum lapidem, & ante pectus seipsum signans dicit. *Sanguis Domini nostri Iesu Christi custodiat animam meam in vitam æternam, Amen.* Purificat statim se, calicem, & digitos media perfusione dicens interim orationes illas, *quod ore sumpsimus Domine &c.* & *corpus tuum Domine &c.* & plicato corporali finem imponit sumptioni, ac proinde toti sacrificio, sed communionis, & ceremoniarum, quibus fit, significationes, & mysteria oportet declarem, incipiendo a declaratione orationum quæ inter communicandum dicit sacerdos.

51. Non a re, quomodo vera est Christi Domini caro, quæ ut horrore non sit

admodum d
col. 31. et

ni. 21. 22
- 18. 19

- ad 21. Ob
ib. 21. 7. lum

2. 21. M. 2
21. 21. 1

a Laurent.
Villaninc.
de Phraft
script. sacr.
verb. pan.

locus sub specie panis velata nobis conceditur, sed nomine tantum, non quia est, sed quia fuit; **P A N E M** non qualemcunque, sed **C A E L E S T E M**, id est, verum Christi Domini corpus, Angelorum panem, omne ^a delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem, & dat vitam mundi, **A C C I P I A M** ac sumam, quanta potero deuotione, & reuerentia, ego famelicus, vt non esuriam in æternum, vt cor meum stabiliat, eiusq; sumptione roboratus, in via domini recte deambulem, **E T** pro tantis beneficijs cum gratiarum actione **N O M E N D O M I N I**, ^b diuinum ac salutare, ad quod celebrandum, Eucharistiæ sacrificium præsertim institutum est, **I N V O C A B O**, ^c ipsum Dominum adorando, eique sacrificia offerendo, vt nedum in se, sed in me etiam nomen eius salutare sit.

^a *Sapient. 16.*

^b *Theoph. in c. 16. 10^a.*

^c *S. Aug. in psal. 85.*

^d *Orig. homil. 7. in diuers.*

^e *Matt. 28.*

^f *Act. 10.*

^g *Gen. 18.*

^h *Luc. 17.*

ⁱ *Iac. Bay. 1.*

3. de Eueb. c. 40.

52. Cum velatum ^d his speciebus anime meæ tectum ingrediaris, & vti ingrederis indigne ad iudicium accipientis ingrederis, **DOMINE**, ^e cui data est omnis potestas in celo, & in terra ^f Iudexque viuorum, & mortuorum constitutus es, **NON SVM DIGNVS**, ^g cum sim puluis, & cinis, ^h seruus inutilis, tua mandata toties præuaticatus, **NON SVM DIGNVS**, ⁱ

ex mea Iustitia, præparatione, & operatione, **V T I N T R E S** media ista, sumptione **S V B T E C T V M M E V M**, vel in domum conscientia: meæ peccatorum tenebris obscuratam, multisq; iniquitatum nevis sordidam, in qua nullus virtutum splendor, aut dignus tua maiestate ornatus, si enim a Abraham coram Angelo se cinerem faretur, **b** si Elizabeth Spiritu sancto plena, ad præsentiam matris tuæ admirabunda exclamat; Unde hoc mihi, vt veniat mater domini ad me? si Ioannes Baptista, quo (**c** te teste) non surrexit maior inter natos mulierum, professus est se **d** non esse dignum soluere corrigiam calciamenti tui; si Petrus Apostolorum Princeps iure dixit, **e** exi a me, quia homo peccator sum Domine; si Magdalena tuo amore fragranti, pedesque tuos contingere anhelanti dixisti, **f** noli me tangere; quis sum ego ad te ipsum totum sumendum? non ergo **I N T R E S S V B T E C T V M M E V M** qui **g** non habitas in corpore subdito peccatis **S E D T A N T V M D I G V E R B O** virtutis tuæ, quo dixisti dæmoni vexanti puerum lunaticum, præcipio tibi vt exeat ab eo, & ne amplius in eum introcas, **E T S A N A B I T V R**, mundabitur, atque liberabitur

a Gen. 18.

b Luc. 1.

c Matt. 11.

d Ioan. 1.

e Luc. 5.

f Ioan. 20.

g Sap. 1.

A N I M A M E A, à languore spiri-
 tuali, à lepra peccati, & à dæmonio
 vexante, S A N A B I T V R à su-
 perbia, & inflatione, à cupiditate opum,
 à delectatione carnali, à viri dicta cupidi-
 tate, & ab omnibus, quæ tuæ puritatis
 oculis displicent.

- a Matth. 9.* 53. Verum, quia *a* peccatores non
¶ Marc. 2. spernis, cum quibus manducare, & viue-
 re dignatus es, vt illos tuæ conuersationis
b Ibidem. benignitate sanares, nam *b* non iustos, sed
 peccatores venisti vocare ad penitentiam,
 fiducia tuæ misericordiæ fretus ad te Do-
 mine accedo, vt contactus viuificæ carnis
 tuæ, anima mea maternum viuificetur:
 quare deprecor, vt C O R P V S ve-
 rum, & reale, D O M I N I N O-
 S T R I I E S V C H R I S T I,
c Gabriel hoc est, tuum *c* pro peccatorum totius
lect. 84. in mundi expiatione in cruce immolatum,
can. Miss. & pro spiritali vita sub hoc sacramento
 nobis in animæ cibum datum, C V S T O-
d Jac. Bay. D I A T, & *d* foueat tanquam conue-
loc. cit. nientissimum in hoc vitæ curriculo viati-
 cum, A N I M A M M E A M,
 illamque perducatur I N V I T A M
 A E T E R N A M, quemadmodum
e Deut. 8. e manna datum in deserto Israelicis; ac *f*
¶ Iosue 3. subcineritiis panis Helicæ, perduxit eos
f 3. Reg. 19 in promissionis terram, & sanctum mon-
 tem

rem Dei Horeb. A M E N. *M E M*
 54. Aequum a plane esset, pro tam
 immensis à Deo acceptis beneficijs, ali-
 quid in argumentum gratitudinis ei retri-
 buere, sed diuinis beneficijs ex me habeo
 condignum nihil ex me, etenim præter pec-
 catum, quod ipso Deo authore, sed pro-
 hibente commisi, habeo nihil, QUID
 ergo; b cum non sint mala pro bonis red-
 denda; R E T R I B V A M, com-
 pensando D O M I N O c Deo pijs-
 simo largitori, P R O O M N I B V S
 donis naturæ, fortunæ, & gratiæ, Q V A E
 multipliciter R E T R I B V I T cre-
 ando, iustificando, ac specialiter cibo isto
 cælesti nutriendo, M I H I indigno, &
 I M M E R I T O? Verùm cum nihil
 sit mihi, quòd minimo, diuinorum dato-
 rum æqua compensatione respondeat, non
 de meo, sed de tuo illi reddam, ad quod
 C A L I C E M S A L V T A-
 R I S pretium redemptionis, poculum
 salutis, & Saluatoris sanguinem continen-
 tem, calicem vtrique passionis, quem Pa-
 tris voluntate bibit, & ex quo nobis æ-
 ternæ salutis potum propinavit, eundem
 illi in hoc sacro gratiarum actionis conui-
 uio A C C I P I A M sicut bibundus
 cum desiderio, & gratitudine, d ac le-
 uans bibam, & offeram, E T N O-
 MEN,

a Bay. ubi
supra.

b ad Rō. 12

c Gabriel
lect. cit.

d Ioachim.

Hopper. in

psal. 115.

psal. 115.

a *Ioan. Cā-
pens. ibid.*

M E N, a atque auxilium D O M I N I
concedentis I N V O C A B O, &
implorare non desinam, LAVDANS Q-
ue I L L V M de ineffabili munificen-
tia qua

b *Eccl. in
hym. Euch.*

b *Se nascens dedit socium
Conuescens in edulium;
Se moriens in pretium,
Se regnans dat in premium.*

c *Isai. 50.*

I N V O C A B O commemorans bene-
ficia ab ipso mihi data, D O M I N V M
c Deum auxiliatorem meum, & spem
auxilij mei, E T sic A B omnibus, &
singulis, I N I M I C I S M E I S
spirituali meae salutis aduersantibus SAL-
V V S, & defensus E R O, ne prae-
ualeant malis suis artibus, & innumeris
machinationibus.

d *Exod. 12*

— 55. Sicut d olim sanguis agni typici fi-
lios Israel custodiuit ne ab Angelo per-
cutiente lederentur, sic S A N G V I S

e *Ad Heb.
9.*

iste non e hircorum aut vitulorum, D O-
M I N I N O S T R I I E S V

f *Gabriel
lect. 83. in
can. Miss.*

C H R I S T I, f qui est fons, & laua-
rum nostrae emundationis, ac redemptio-
nis pretium, à me sub his vini speciebus
potatus, C V S T O D I A T, & con-
seruet in vitæ innocentia, & cordis pu-
ritate,

ritate, ANIMAM MEAM, a ne-
 post illius sumptionem recidiuet in peccato
 cata Christum ipsum in honorem, ab e-
 que recedat, & instar b Iudæ à dæmone per-
 cussus, & abcecatus hostium illius numero
 iungatur, sed per oppositum iuxta ipsius
 Christi Domini promissum IN VITAM
 AETERNAM, c ad quam ipse per
 eundem proprium sanguinem introiuit,
 Angelis ac sanctis ipsum laudantibus societur
 in secula seculorum. AMEN.

56. Sacramentum tui pretio si corpo-
 ris, & sanguinis sacrosancti, QVOD
 d ex tua institutione, & præcepto ORE
 corporali sacramentaliter SVMPSIMVS
 in præsentis sacrificio DOMINE
 Iesu Christe illius institutor, fac tua
 benignitate, & clementia, vt PVRA
 etiam e ac probata, & discussa MENTE
 per contritionem, & sacramentalem con-
 fessionem taliter CAPIAMVS ipsum
 tremendum sacramentum sumptione spiri-
 tuali, VT suum in nobis sortiatur effe-
 ctum, ET DE MVNERE isto no-
 bis à tua bonitate ad animæ vegetationem
 concesso, TEMPORALI, f ex parte
 specièrum apparentium, quæ temporales
 sunt, & mutabiles, & etiam ex parte re-
 rum latentium, quæ etiam temporales
 sunt, non in se, quia cum sint verum cor-
 pus,

a Iac. Bay.
 l. 3. de Eu-
 char. c. 40.

b Ioan. 13.

c Ad Heb.
 9.

d Luc. 22.

e 1. Cor.
 11. & Cõc.
 Trid. sess.
 13. c. 7. &
 can. 11. de
 Euchar.

f Gabriel
 lect. 83. in
 in canon.
 miss.

pus, verusque sanguis Christi Domini; gloriosa sunt, & perpetua; sed quoadmodum tum existendi, tum sumendi sub speciebus sacramentalibus, ut de tali temporali munere, FIAT NOBIS illud dignè sumentibus REMEDIUM collatium gratiæ non ad tempus, sed SEMPTERNUM, toties quoties illud sumperimus, donec peruenire mereamur ad fruitionem refectiois sempiternæ.

57. Concede quæsumus, ut CORPUS TVVM verum, & naturale, a conceptum de Spiritu sancto ex Maria, Virgine pro nobis cruci affixum, b triumpho nobili ad dexteram Patris recidens, DOMINE ac redemptor noster Christe, QVOD ego indignus SYMPSI, & manducaui sub speciebus panis; ET SANGVIS tuus verus, & proprius pro nobis in passione fusus, QVEM POTAVI; sub speciebus vini. ADHAREAT per gratiam, & efficaciam virtutis, VISCERIBVS MEIS, c non corporalibus, quæ sunt viæ eijciendarum superfluitatum; sed spiritualibus, animæ, intellectui, & voluntati, quæ sunt principia operationum humanarum, SIT PRÆSTA, d secundum magnam misericordiam tuam, qua oblitus severitatis iustitiæ, veniam peccatoribus dare con-

sue-

a Eccles. in
fid. symb.
b Eccles. in
hymn. A-
scension.

e Gab. ubi
supra.

d Psal. 50.
& Ioach.
Hopp. ibid.

sueuisti, **VT IN ME** a panem hunc a Ioan. 6.
 de celo descendente sumente, **NON**
REMANEAT, quia b nulla est par- b 2. Cor. 6.
 ticipatio iustitiæ cum iniquitate, neque
 societas luci ad tenebras, **SCELE-**
RVM, aut peccatorum **MACVLA**
 animam deturpans, nam indecens est sic
 maculari, **QVEM** in diuino isto con-
 uiuiu **SANCTA**, & gratiæ plenitudine
 firmata, **ET PVRA** vnde quaque **RE-**
FECERVNT, & recrearunt **SAC-**
RAMENTA corporis, & sanguinis
 tui, **QVI** e postquam carnem tuam omnis
 populus credentium manducauerit, inte-
 ger perseuerans, **VIVIS**, **ET RE-**
GNAS, princeps viuorum, & mortuo-
 rum, **DEV** Sque viuis, & verus, **PER**
OMNIA SAECVLA SAECV-
LORVM. AMEN.

c Eccl. in
 officio S.
 Andr.

58. Dum supradictas sacerdos dicit ora-
 tiones sacrosanctum corpus, & pretiosum
 sanguinem Christi Domini sumit, & com-
 munionem perficit, in qua non tantum,
 vt d Innocentius III. & ante ipsum e Mi-
 crologus, & post f Durandus dixere con-
 uiuia, a Christo Domino post resurrectio-
 nem suam cum discipulis facta insinuantur,
 sed etiam & principaliter, sicut ipsemet g
 Durandus adiunxit, subobscurè conui-
 uium illud celestis beatitudinis, conui-

d Lib. 6. de
 Miss. 6. 7.
 e De Eccl.
 obser. c. 20.
 f In ratio.
 lib. 4. c. 54.
 nu. 3.
 g Num. 5.
 seq.

- a *Va. 25.* uium (vt a *Isaiæ* verbis utar) pinguium ,
 conuiuium vindemiæ pinguium medullato-
 rum , vindemiæ defecatae , in quo Deus b
 adipe frumenti satiat beatos ; & ipsi absque
 c *Psal. 35.* fastidio tamen , c inebriantur ab vbertate
 domus illius , dum ipse torrente volupta-
 ris suæ potat eos . Id enim Ecclesia sancta
 d *In offic.*
Corpor.
Christi. docet , dum de communione canit ; d O
 factum conuiuium , in quo Christus sumitur ,
 recolitur memoria passionis eius , mens im-
 pletur gratia , & futuræ gloriæ nobis pi-
 gnus datur . Id ipsum e s. *Chrysostomus* af-
 firmavit his verbis : Dum conspicias Domi-
 num immolatum sacerdotem sacrificio in-
 cumbentem , ac preces fundentem , tum
 verò turbam circumfusam pretioso illo san-
 guine intingi , & rubrescere , etiam ne te
 inter mortales versari , atque in terra con-
 sistere censes ? an non potius è vestigio in
 celos transferris , an non carnis cogitatio-
 nem omnem abiciens , nudo animo , men-
 te pura circumspicias , quæ in celo sunt ? &
 id ipsum tandem ratio suadet , nam si f do-
 res animæ beatæ , quæ ad præmium sub-
 stantiale pertinent , sunt quibus Deo tan-
 quam principio vitæ suæ coniungitur , & per
 quas introducitur in amplexus sponsi sui
 indissolubiles , & fruitionem eiusdem ; à
 quo apertius id designari potest , quàm à
 g *Ioan. 8.* conuiuio , in quo cibus est ipse Deus g qui
 ma-

manet in manducante carnem eius; & vice versa manducans, manet etiam in ipso Deo, vti a concorporeus, & consanguineus eius? b Sicuti enim si quis liquefactæ ceræ aliam ceram infuderit, alteram cum altera per totum commisceat necesse est; sic qui carnem, & sanguinem Domini recipit, cum ipso ita coniungitur, vt Christus in ipso, & ipse in Christo inueniatur.

39. Verùm ante perceptionem sacrosancti corporis Christi sub specie panis, vt ad exemplum c Publicani, qui percutiebat pectus suam, dicens propitius esto mihi peccatori. Vnde, & meruit in domum suam iustificatus descendere, sacerdos ipse iustificatus etiam dignè mereatur tantum sacramentum participare, sua arguens peccata, & prout in tali potest actione ipsa castigans, & detestans ter percutit pectus, in illis verbis; *Domine non sum dignus &c.* nam tundere pectus, quid est, ait d S. Augustinus, nisi arguere quod latet in pectore; & euidenti pulsu occultum castigare peccatum; signantes namque, dicit e Nicolaus I. quod nequiter egimus displicere nobis, pectus percutimus, ac idè antequam Deus feriat, id nos in nobis ipsis ferire; ad quod apertius manifestandum celebrans, nedum pectus tundit, sed & stat innixus altari corporis positione,

a S. Cyril.
Hierosol.
cathac. my
flag.
b S. Cyrill.
Alex. l. 4.
in Ioan. c.
17.

c Luc. 18.

d Ser. 8. &
36. de ver-
bo Domin.

e In resp.
ad Consul.
Bulg. c. 54.

demonstrans non suis, sed Christi Domini
Saluatoris meritis inniti.

60. Deinde corpus, & sanguinem Christi Domini sub speciebus consecratis sumpturus celebrans, cum eisdem; cum specie quidem panis super patenam, & cum specie vini super aram, seu lapidem consecratum, quia post consecrationem, tum ob reuerentiam, tum etiam, ne aliquid illarum in loco cadat indecenti extra lapidem consecratum, & ad summum extra corporale, nec sunt locandæ, nec extrahendæ, seipsum cruce signat, antè pectus, quia, ut ait ^a Durandus, qui ante consecrationem cruces faciendo actiue tanquam minister species sanctificauit, postea se eisdem cruce signando passiuè, petit, optatque sanctificari.

61. Recitat inter communicandum orationes superius declaratas, quibus, & præcatur, ut per participationem Eucharistiæ, sibi Deus conferat puritatem mentis, salutem animæ, perseuerantiam in bono, recessum à malo, ac omnia tandem bona spiritualia; & ostendit etiam secundum ^b Gabrielem, suam gratitudinem in accipiendo Domini beneficium grater, cum sui nominis laude, & inuocatione; quod enim retribuat Domino, ut ipse fateatur sacerdos, dum ait, *quid retribuam Domino*

^a In rat. l.
4. c. 54. nu.
11.

^b Lect. 83.
in canon.
Missa.

Oratio. pro tanto accepto beneficio, ex se
habet nihil; nam quidquid habet Domini
est; a cuius est terra & plenitudo eius,
orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant
in eo. Hoc igitur tantum inuenit, & ha-
bet, vt gratus recipiat: qua gratis Domi-
nus dignatur dare.

a *Psal. 23.*

62. Verum ante perceptionem sacro-
sancti corporis Christi sub specie panis, vt
ad exemplum b Publicani, qui percutie-
bat pectus suum, dicens Domine propitius
esto mihi peccatori, vnde, & meruit in-
domum suam iustificatus descendere, sa-
cerdos ipse iustificatus etiam digne merea-
tur tantum sacramentum participare sua,
arguens peccata, & prout in tali potest
actione ipsa castigans, & detestans, ter
percutit pectus in illis verbis, *Domine
non sum dignus Oratio.* Nam tundere pectus,
quid est, ait c S. Augustinus, nisi argue-
re, quod latet in pectore, & euidenti pul-
su occultum castigare peccatum, signantes
namque dicit d Nicolaus I. quod nequi-
ter egimus displicere nobis, pectus percu-
timus, at ideo, antequam Deus feriat,
id nos in nobis ipsis ferire, ad quod aper-
tius manifestandum celebrans ne dum pe-
ctus tundit, sed, & stat innixus altari cor-
poris positione demonstrans, non suis, sed
Christi Domini Saluatoris meritis inniti.

b *Luc. 6. 18.*c *Serm. 8.*Oratio 36. de
verb. Do-
min.d In respo-
sione ad
consult.

Burg. c. 54

63. Post sumptum Eucharistiæ sacramentum purificat patenam, & calicem, & corporale propter reuerentiam, ne videlicet in illis aliquid remaneat, quod ad indecentem locum possit de tam venerando Sacramento deuenire; ob quam eandem rationem dicunt a Innocentius I III. & b Durandus abluit, & perfundit manus suæ digitos, ne quid incautè remaneat ex contactu diuissimi Sacramenti, non quod quidquam immundum ex illius contactu contraxerit, sed quia indignum existeret, vt manus, quæ corpus incorruptibile conrectarunt, maximè cum dubio, tan illis adhæreat aliquid de ipso Sacramento, corpus corruptibile contingant, donec studio se lauentur.

64. His omnibus peractis celebras complicat, ac relinquit corporale super altare, ad significandum, ait c Durandus, quia lintiam, & sudarium in sepulchro vsque post Domini Resurrectionem remanserunt, vt constat ex d Euangelio, & remanserunt inuoluta, hoc est beneplacata, vt declarat e Lyra: corporale autem significare syndonem, seu linteum, quo corpus Christi Saluatoris inuolutum fuit, affirmant etiam f Rabanus, & g Alcuinus.

65. Reducitur interim, iterumque portatur Missale à Ministro ad cornu Epistolæ,

a *Lj. 6. de Miss. c. 8.*
b *In rat. lib. 4. c. 25. nu. 1.*

c *In rat. lib. 4. c. 29. num. 5.*

d *Ioan. 20.*
e *In c. 20. Ioan.*

f *Lib. 1. de inst. Cler. c. 33.*

g *De diu. offic. c. de celeb. miss.*

læ, seu dexteram altaris partem: ad denotandum, vti dicunt a Gabriel, & b Durandus prædicationem, doctrinamque Euangelij in fine mundi reddituram esse ad populum Iudæorum, quemadmodum insinuauit c Paulus illis verbis desumptis ex d Isaia. Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquæ saluæ fient, iuxta declarationem S. Gregorij magni, e nec ista aduersantur dictis f supra, nam ibi principaliter de lectione Euangelij fuit sermo; hic vero de libro, seu missalis transmutatione: Et sicut de ista verificantur versus, & alia ibi adducta ex Hugone, & Hildeberto, ita de illa vetiora sunt, quæ ibidem cum Innocentio III. & alijs conclusimus, nam ob id etiam in hac Missæ, initium Euangelij sancti Ioannis (si aliud iuxta officij exigentiam non sit dicendum) cum libro, vel sine illo ad sinistram altaris, seu cornu Euangelij legitur.

66. Antiphona, quæ post prædicta recitatur à Sacerdote, & ob id *communis* dicitur, & in Missis solemnibus à choro concinnitur, & secundum diuersitatum officiorum variatur. Secundum g Innocentium III. & b Alexandrum Alensem repræsentat gaudium Apostolorum de Christi Domini resurrectione, i Nam gauisi sunt, & ad inuicem congratulabantur viso Do-

a In Can. Miss. lect. 84.

b In ratio. lib. 4. c. 23. num. 3.

c Ad Rō. 9

d Isai. 10.

e Lib. 27.

moral. c. 11.

f Part. 1.

nu. 75.

g Lib. 1. de

miss. c. 10.

h 4. p. trac.

de mis. p. 1.

i Ioan. 20.

l Luc. 24.

a *Loct. 89.* mino resuscitato: At vero secundum a Ga-
in canon. brielem, & b Durandum, qui etiam pri-
mys. c m
 b *In nat.* mam admittit significationem, nam vna
l. 4. o. 56. n. alteri non aduersatur. Cantatur in signum
1. & 2. gratiarum actionis, lætitiæ; ac gaudij de
 c *Psal. 41.* suscepta communione, nam vti cecinit c
 d *Psal. 77.* nis sonus epulantis d panem nimirum An-
 e *S. Cyrill.* gelorum, e per quem Christo incorpora-
 f *Alex. cath.* mur f & in ipso manemus, & ipse in no-
 g *myllag.* bis, ac propterea celebrans populum sa-
 h *Ioan. 6.* lutando dicit *Dominus vobiscum* intelli-
 ge, aut per veram, & realem sumptionem, de
 qua populus, cum Sacerdos realiter com-
 municauerit, respondet, *Et cum spiritu tuo*,
 vel per spirituales dumtaxat mediante
 ardenti desiderio sumptionem.

67. Annectit deinde *orationes*, quæ non
 collectæ, sed postcommunio, à loco, in
 quo recitantur dicuntur, & communiter in
 numero correspondent orationibus ante
 Epistolam, & ante præfationem dictis, &
 illis ait g Innocentius III. significat be-
 nedictionem illam, quam Christus ascen-
 surus in cælum h legitur dedisse discipulis
 suis. Prius tamen, quam illas dicat, po-
 pulum inuitat ad orandum dicens *oramus*
 omnes nimirum simul in vna Sacramenti
 gratia vniti.

68. Verum cum morale sit plenum do-
 ctri-

strinæ; & ad frequentandum sacramentum hoc haud parum incitet, id quod scripsit a Micrologus, illud silentio occultare piaculum iudicauit. Ait igitur, orationes istæ, non pro his, qui communicaturi sunt, sed qui iam communicauerunt, iuxta proprietatem sui nominis agunt; ergo, & ante ipsas communicare non negligant quicumque earundem benedictione foueri desiderant. Hucusque Micrologus, & bene quidem, nam licet variantur iuxta officij, & solemnitatis requisitionem, in illis semper petitur, ut notauit b Gabriel, ut sacra communio effectum suum operetur in nobis, gratiam videlicet augeat in præsentibus, & gloriam tribuat in futuro.

a de Eccl.
obser.c.19.

b ubi sup.

69. Non simpliciter, sed cum addito illo communiter diximus c supra, orationes has debere esse tot, quot fuerint collectæ, & secretæ, nam ut experientia constat, aduertit d Alexander de Ales, tempore quadragesimæ additur hoc in loco vna alia oratio, quæ dicitur super populum, ad insinuandum tempore illo statim dicemus amplius, si prius rationem aliam de additione supradictæ Orationis tradamus cum e Durando, qui dicit, eo tempore penitentia cum sit aduersarium f no-

c In hac. 3.
part.

d 4. p. trac.
de mis. p. 3.

e In ratio.
lib. 6. c. 28.
n. 7. & 8.
f 1. Petr. 5.

strum Diabolum maiori diligentia circuire
 quærendo quem deuoret, vnde ad illi re-
 sistendum oportet, vt nos humiliemus
 sub omnipotenti manu Dei, vt nos ab ho-
 ste protegat, nobisque ad illum vincen-
 dum præstet vires, de quo sacerdos, &
 in missis solemnibus Diaconus, versus ad
 Populum illum admonet dicens, *humiliate*
capita vestra Deo. Sacerdos vero Christi
 Domini personam gerens de diuino auxi-
 lio nos certos, ac ficuros reddit, super sic
 humiliatos memoratam orationem dicens,
 eos quasi confirmans, & super ipsos diui-
 næ benedictionis protectionem infundens.

70. Per oppositum vero in aliquibus
 a p. 1. n. 26. diebus ieiuniorum, vt notauimus a supra,
 dicuntur plures orationes ante Epistolam,
 quam post offertorium, & communionem:
 quia illis diebus leguntur plures lectiones
 ante Epistolam, & non solet Ecclesia le-
 gere lectiones, nisi præmissis orationibus,
 præterquam feria Parasceues, in qua of-
 ficiu[m] incipit à lectionibus sine titulo, ob
 celebrationem, & memoriam passionis in
 b Lib. 6. missis solemnibus Christi Domini, qui est
 c. 77. caput nostrum, b ita Durandus in ratio-
 c Lib. 8. nali.

constituit.
 A post. c. 17.
 d Lib. de
 spectat.

71. His omnibus peractis ex Apostoli-
 ca traditione, vt constat ex c Clemente
 Romano, & d Cypriano, & antiquissimis

lyturgijs Græcorum, adstanti, & obseruanti populo absolutio datur: dicente sacerdote, vel Diacono, tanquam gratus Deo de suscepto beneficio, *Ite missa est*. Quibus verbis, & licentia redeundi ad propria datur populo, cuius officium est circa exteriora; & ideo ad ipsa prouidenda licentiatur, & ostenditur pro eodem hostiam salutarem esse iam omnino oblatam, vt tradunt a Alcuinus, b Stephanus Eduensis, c Florus, & omnes communiter: nam illorum verborum sensus est, ad propria licet remeare, nam hostia salutaris iam est oblata, & missæ officium finitum; hinc ait d Innocentius I I I. hic repræsentari illud, quod post Christi Domini Ascensionem dixit Angelus Apostolis, vtputa, e Viri Galilæi, quid hic statis aspicientes in cælum, hic Iesus, qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cælum. Chorus autem, qui tanquam gratus Deo, de suscepto beneficio, *Deo gratias*, gratulando responderet, imitatur Apostolos, f qui adorantes regressi sunt Hierusalem, & erant perseverantes vnanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria mater Iesu, & fratribus eius.

72. Aliquando tamen, vt tempore Adventus, & Quadragesimæ, & in omnibus

a de diuin.

offic. c. de

miss. celeb.

b de sacr.

alt. c. 18.

c In expos.

miss.

d Lib. 6. de

mis. c. 11.

e Act. 1.

f Act. 1.

diebus ieiuniorū, quando etiam populus orationibus magis infistert tenetur, & in profestis diebus, loco *ite missa est*, dicitur *benedicamus Domino*, inuitando adstantes ad laudandum Deum; nam, sicut dicunt a Micrologus, & b Gabriel, in missis festorum, quibus populus tenetur adstari, oportet licentietur, vt redeat ad prouidenda necessaria pro sua familia; in alijs autem diebus communiter non adsunt, nisi Clerici, & Monachi, qui non sunt licentian-di, sed inuitandi ad permanendum in Dei laudibus, cum c Deum pro parte elegerint, & sint in sortem Domini diuino cultui adscripti, quare ipsorum proprium officium est in precibus, & Dei laudibus occupari.

a De Eccl.
obser. c. 46.
b Lect. vlt.
in canon.
miss.

c Psal. 15.

d Loc. cit.

73. Ob eandem etiam rationem addit d Micrologus, sacerdos, vel Diaconus dicendo *Ite missa est*, conuertitur ad populum, quem licentiat: dicendo vero *benedicamus Domino* non ad populum, sed ad altare, siue ad Deum per altare, repræsentatum, quem orare oportet, se conuertit.

e Lib. 2. de
miss. cap.
vlt.

74. In dominicis etiam Aduentus, & Quadragesimæ, non *Ite missa est*, sed *Benedicamus Domino* dicitur, vel quia, vt vult Cardinalis e Bellarminus, sic melius significatur mæstitia illius temporis, vel quia,

quia, ut modo dicebamus cum da Ga- a *Loc. cit.*
 briele, illo tempore populus etiam tenetur
 plus solito, aut plusquam alijs diebus per-
 sistere in orationibus; Ob quam eandem
 rationem in missis votiuis sanctorum dici-
 mus etiam *Benedicamus Domino*, & *non ite*
missa est.

75. Semper tamen, siue obediendo sa-
 cerdotali exortationi, siue Deo pro bene-
 ficio accepto gratias agendo, responderet
 minister in persona populi, *Deo gratias.*

76. In missis denique defunctorum, ut
 ipse b Gabriel, & ante ipsum c Alexan- b *Ibidem.*
 der Alensis scripsit, loco *ite missa est*, dici- c 4. p. trac.
 tur, *requiescant in pace*, ut finis officij mor- de *miss. p. 3*
 tuorum respondeat principio, & medio,
 in quibus, qui officium singulariter appli-
 catur defunctis, ipsis æterna requies sup-
 plicatur, quam etiam populus eis exoptat
 respondendo per ministrum *Amen*, hoc est
 fiat.

77. Deinde, inclinans se sacerdos orat
 breuiter, dicens orationem quæ incipit, *plac-*
eat tibi sancta Trinitas; nõ ut oret pro Chri-
 sto Domino, uti calumniantur nouatores,
 & sectari à Doctissimo d Bellarmino do- d *Lib. 2. de*
 ctissime confutati, sed ut petat, secundum *miss. c. ult.*
 e Alexandrum Alensem, & f Gabrielem, c *Loc. cit.*
 ut Deo placeat eius obsequium, & ex par- f *Lect. ult.*
 te offerentis etiam acceptum habeat sacri- in *canon.*
 ficium *miss.*

ficiū oblatum, & ratione illius, cum sacerdoti, tum etiam populo vniuerso sit Deus propitiū in remouendis malis, & conferendis bonis, quare merito Oratio hæc omnium priorum petitionum compendium dici potest, & illius declaratio subsequitur.

78. P L A E C E A T, acceptumq; & gratum sit T I B I Deus vnus S A N C T A T R I N I T A S, Pater, Filius, & Spiritus sanctus O B S E Q V I V M I S T V D Missæ à Christo a Domino institutum, & tibi offerri præceptum, b non ab omnibus indifferenter, sed à sacerdotibus tantum, quare ad presens est S E R V I T V T I S M E A E ratione gradus, & ordinis, E T P R A E S T A, ac liberaliter concede, V T S A C R I F I C I V M, c non sacrificij representationem, sed sacrificium veri corporis, & sanguinis Christi reuera oblatum, Q V O D d per se tibi semper gratissimum est, nec displicere potest, cum Deus Deo displicere haud haud possit, etiam quatenus O C V L I S T V A E M A I E S T A T I S, e omnia non solum, quæ apparent, sed non apparentia etiam, & cordis intrinseca nudè contuentis, I N D I G N V S ego ex me, quamuis dignificatus ex te ob sacerdotium,

a Luc. 22.

b Concil.

Triad. sess.

23. c. 1. &

4. & can.

6. & 7. de

sacr. ord.

c Bell. vt

sup.

d Iac. Bay.

l. 3. de Eu-

char. c. 40.

e ad Hebr.

4.

tium, ratione cuius ex officio O B T V L I hostiam immaculatam, & incruentum sacrificium, T I B I æterno Deo sit acceptabile, prout à me, vt ministro tuo fit, & offertur, M I H I Q V E offerenti, E T O M N I B V S fidelibus viuis, & defunctis, P R O Q V I B V S seruatís forma, ac ordine charitatis illud O B T V L I, diuinitati tuæ S I T mihi, & illis, te miserante, & misericorditer concedente P R O P I T I A B I L E a pro diluendis culpis, pro redimendis penis, & pro consequendis gratijs, spiritualibusque donis, non ex meritis, aut iustitijs nostris, sed P E R C H R I S T V M saluatorem, ac D O M I N V M N O S T R V M in hoc sacrificio oblatum, A M E N.

79. Hac oratione finita, dummodo non celebret coram Episcopo, nam tunc temporis non potest iuxta decreta b Concilij Agathensis, & sancti e Damasi Papæ, vt declarat, & bene d Micrologus, secundum antiquissimam Ecclesiæ consuetudinem, vel potius Apostolicam traditionem probatam à e Durando, ex sancto f Augu- stino, ex sancto g Isidoro, ex Concilio h Agathensi, ex concilio i Arelateni I I. & ex alijs patribus, & Concilijs, dat celebrans populo astanti benedictionem dicens, bene-

a Gabr. loc.

cit. l. di I b

b Can. 30.

c Epist. cor.

Episc.

d De Eccl.

obser. c. 21.

e Lib. 2. de

rit. Eccles.

c. 5. n. 1. &

2.

f Epist. 59.

ad Paul.

95.

g Lib. 1. de

Eccl. offic.

c. 17.

h ubi sup.

i Can. 47.

& habetur

can. miss.

de consecr.

dist. 1.

dicat

dicat vos omnipotens Deus, Pater, & Filius,
& Spiritus sanctus, Amen. Ante cuius sus-
ceptionem, non licet à missa discedere,
iuxta consilium sancti a Casarei, & de-
creta dictorum Conciliorum, nisi mani-
festa necessitas urgeat.

a Hom. 5.

b Luc. Pi-
nel. l. 1. de
miss. c. 25.

c Luc. 24.

d Lib. 1. de
miss. c. 14.

e In rat. l.
4 c. 59. n. 1.
& 2.

f Act. 2.

g Ioan. 16.

h Act. 1.

80. Secundum b aliquos representatur
benedictione hac, benedictio, quam Chri-
stus Dominus dedit discipulis suis, cum
ab illis assumeretur, vti c Evangelistæ scri-
psere. At conformiter ad dicta rectius
iudico dixisse d Innocentium III. & e Du-
randum, nimirum benedictionem istam si-
gnificare f missionem Spiritus sancti, quem
post Ascensionem suam de cælo misit Chri-
stus in Apostolos suos, vt g ipsis promise-
rat, & oratio præcedens significabit h per-
seuerantem illam orationem ab Apostolis
factam ab Ascensione Domini, vsque ad
receptionem Spiritus sancti.

81. Tandem post benedictionem, ad
maiores populi illuminationem (si secun-
dum regulas missalis particulare Euan-
gelium non sit legendum) legit *Initium*
Euangelij secundum Ioannem; in quo præ-
cipuè nostræ fidei mysteria Trinitatis nimi-
rum, & incarnationis continentur; Et fi-
nita missa pro gratiarum actione conformi-
ter ad decretum Concilij i Toletani dicit
hymnum trium puerorum, cum aliquibus

i Conf. 4.
can. 13.

Ora-

Orationibus ut notauit *a* Micrologus; sed non prætermittamus paraphrasim tanti Euangelij.

b 2. Omnis *b* creatura infra sæculorum terminos est, à creatore essendi summens principium. At æternus Filius diuinusque Verbum, *c* quod, & ad Patrem, & ad illa etiam, quæ per ipsum facta sunt operatiua potentia respectum dicit *d* non in Beata Maria tantum, non in tempore, sed longe, *e* ante ab initio; & ante sæcula, **I N P R I N C I P I O**, seu *f* in ipso Patre æterno principium, non de principio, principium, sine principio, non temporaliter, sed æternaliter substantiuè **E R A T** idem in substantia, alias tamen in persona, omnia tempora præueniens æternitate substitit, **V E R B U M** & secunda Triadis persona principium de principio impossibiliter natum, quia est generantis imago, *g* totum in se ipso generante demonstrans, nihil inde separans, sed in se ipso perfectum existens, **E T** *h* ne quis audiens in principio erat. Verbum in genitum dicat **V E R B U M** illud singulare *i* non prolatum, sed semper apud Deum Patrem manens, *l* non accidens, quod Deo omnino alienum est, sed quid substantiale subsistens in diuina natura **E R A T** *m* non ut in loco circumscri-

st ptiuè,

a De Eccl. obser. c. 22.

b S. Basil. hom. sup. in princ.

c S. Aug. l. 83. q. 9. 61.

d Glos. in ter. in c. 1.

e Ioan. 1. e Eccl. 24.

f Glos. ord. *ibid.*

g S. Basil. *ubi sup.*

h S. Chrys. hom. 1. in Ioan.

i Glos. in ter. *ibid.*

l Lyr. in c. 1. Ioan.

m S. Basil. *ubi sup.*

priuè, nec per actionem transeuntem ex-
 tra, sed per actionem permanentem intra,
 vt eadem substantia intra illum, cuius est
 Verbum, a nam pater in filio, & filius in
 patre est, ab eo tamen personaliter distin-
 ctum, & ideo **A P V D D E V M**
 erat, vt alia persona; **E T** quia non ex-
 tranæ, sed eiusdem diuinæ, indiuisibilif-
 que naturæ, **b** cum & secundum naturam,
 & secundum hypostasim in ipsis vera æ-
 ternitas sit. Sicuti ipse Pater, **D E V S**
 etiam **E R A T V E R B V M**, ne
 dicatur esse cum Deo, & non Deus, **H O C**
 autem verbum, de quo loquuti sumus,
 ac proinde distinctio personarum in vni-
 tate essentiæ. **E R A T** **c** absque muta-
 tione, & motu, quia **d** apud Deum non
 est transmutatio, nec vicissitudinis obum-
 bratio perfectam productiuam potentiam
 de necessitate naturæ **I N P R I N-**
C I P I O æternitatis, & ante omnia
 creata **A P V D D E V M**, cuius
 erat verbum, **e** non nouus Deus, sed vnus
 cum eo Deus, & vnus cum Patre sanctoq;
 Spiritu omnium creaturarum principium.
83. Hinc **f** omnium est artifex, nam
O M N I A creata, omnisque creatura
 visibilis, & inuisibilis, omnis forma, omnis
 compago, omnis concordia partium, &
g quidquid mente concipitur, à Trinita-
 te

a Ioan. 4.

b S. Chryf.

hom. 3. in

Ioan.

c Lir. loco

citat.

d Iacob. 1.

e Glos. in

terlin. vbi

sup.

f Sapient. 7

g Glos. or-

din. ibid.

te tota, cuius opera ad extra sunt indiuisa
P E R I P S V M Verbum, quod
 conceptus diuini est intellectus, a & cuiq;
 sunt dignitatis, & cohonorable commu-
 nia sunt cum Patre, & sancto Spiritu.
 b Tunc quando fieri debueret **F A C T A**
S V N T sicut artificata per artificem
 eodem prorsus modo, quo ab æterno con-
 cepta fuerant, **E T** nulla res subsistens,
 aut esse positium habens adiuuc, & Dia-
 bolus ipse, ac visibilis mundus **S I N E**
I P S O diuino, æternoque Verbo facta,
 haud fuere, quia præcise **F A C T V M**
E S T sine ipso Verbo **N I H I L** pec-
 catum nimirum ens deficiens, ac rectitu-
 dine carens, & diuinæ potentæ non con-
 cordans. Audiens tamen mutabilem crea-
 turam per filium, & verbum factam non
 credas mutabilem eius voluntatem, quia
 non subito aliquid voluit facere, omnia enim
 ab æterno fieri, & creari similiter voluit, nam
 licet factum in tempore transeat, quod in
 sapientia immutabili est, transire non po-
 test. Vnde quamuis, quod fit mutetur
 cum tempore, omne, **Q V O D** c per
 ipsum, & in ipso verbum **F A C T V M**
E S T in tempore, cum in verbo subsistat
 causaliter, priusquam sit, in se ipso, &
 proprio genere effectiuè **I N I P S O**
 Verbo, nimirum, & scientia, ac spirituali

a S. Chryf.
 hom. 1. in
 Ioan.

b S. Aug.
 lib. 1. sup.
 Gen. 6. 2.

c Orig. bo.
 mil. 2. in
 diuers.

a *Psal.*factoris ratione, & sapientia; a in qua
omnia fecit vnum, & idem ac V I

Apud 2

ni .i. m.

m.

b *Boet. 3.*de *consol.*c *Lyr. in c.*i. *Ioan.*

T A E R A T, vitamque intellectualem ipsius Dei participabat; nam quod in mente est, viuit cum artifice, & ex artificis Idea, fit post in opere, b & Deus cuncta superno ducit ab exemplo, pulchrum, pulcherrimus ipse mundum mente gerens, similique imagini formans; non tamen necessario, sed libere, c diuina enim voluntas infinita cum sit, non habet necessariam habitudinem, nisi ad bonum infinitum.

d *S. Aug.*

tract. 1. in

Ioan.

84. Verum vita ista licet ab omnibus participetur, eo quod creatura omnis in Deo, & Verbo eius præstitit intelligibiliter d inonestum est intelligere omnia in se viuere, cum non ex æquo eodemq; ab omnibus modo, sed iuxta vniuscuiusq; naturam, & capacitatem participetur, nam

e *Glos. in**tr. in c. 1.**Ioan.*f *Theop. in**hunc locū.*g *S. Aug.**ubi sup. &**Lyr.*

E T V I T A e hæc, sapientiaq; Dei E R A T etiam L V X f non sensibilis, sed intellectualis, non omnium rerum, g non quorumcumque animalium, sed H O M I N V M, nam irrationabilia quamuis habeant aliqualem rerum sensibilibus cognitionem, seu apprehensionem, non habent rationales mentes, quæ possint videre sapientiam, homo autem h ad imaginem L ei factus habet rationalem

h *Genes. 1.*

men-

mentem, per quam potest illuminari, sapientiam percipere, & fieri ipsius Dei capax per cognitionem, & amorem, a id quod cuilibet rationali, & intellectuali creaturæ hominum nomine intellectæ, & comprehensæ convenit. Omnis enim talis illuminatur, illuminationisque est capax, nisi propria obtenebretur malitia, & illuminationem suam impediat, nam E T L V X ista spiritualis, & intellectualis, b aliter quam lux sensibilis, quæ non in tenebris, sed sine illis lucet I N T E N E B R I S humanæ naturæ, quæ de se est quædam tenebra carens lumen, tam quoad cognitionem, cum ex se sit tabularassa, quam quo ad operationem, c cum prona sit in malum, d & ad tenebras actuum illicitorum ab adolescentia sua L V C E T e tum lumine intellectus agentis, nobis à Deo impressio, quo possimus habere cognitionem bonitatis ipsius, saltem imperfectam, atque per effectus, & res creatas, f per quas invisibilia Dei intellecta conspiciuntur, tum etiam infusione, & illustratione gratiæ, qua adiuvamur in cognitionem supernaturalium, & excitamur ad perficiendum opera lucis, atque virtutis, E T quamvis hoc commune sit iustis, & peccatoribus, quos etiam Deus illustrat, & excitat luce, atque gra-

a Orig. in
c. 1. Ioan.

b S. Chryf.
hom. 4. in
Ioan.

c Gen. 8.
d Orig. ubi
sup.

e Lyr. ubi
sup.

f ad Rō. 1.

tia sua, nam vult omnes saluos fieri, &
 ad agnitionem veritatis venire, & ideo so-
 lem suum, suamque illustrationem oriri
 facit super malos, & bonos, absque per-
 sonarum acceptione, tamen T E N E-
 B R A E, & homines a propria malitia,
 ac nebulis peccatorum obtenebrati E A M
 lucem, & gratiam sibi à Deo collata m.,
 non propter defectum lucis, sed propter
 defectum proprium N O N C O M-
 P R A E H E N D E R V N T, b
 sicut nec cæcus, nec oculos habens claus-
 sos videt, aut comprehendit lucrum ipsum
 illuminantem, & super se lucentem.

85. Sed cum oporteat c corde credere
 ad iustitiam, & fides sit ex auditu, & ne-
 mo audire possit, sine prædicante, nec
 aliquis prædicare, nisi mittatur, vt etiam
 iam dictæ tenebræ tam necessariam com-
 prehenderent lucem F V I T H O-
 M O, non Angelus, sed homo viuens
 vita hominis secundum dictamen rectæ ra-
 tionis, vt iuxta suauem diuinæ sapientiæ d
 omnia suauiter disponentis dispositionem,
 homines suauiter propter similitudinem na-
 turæ, & propter consuetudinem locutionis,
 & vitæ, instrueret M I S S V S A D E O
 ita Præcursor humanati Verbi, qui non
 venit proprio capite, nec ab hominibus
 ad id destinatus fuit, sed ab ipso Patre

ater-

a S. Chryf.
 hom. 7. in
 Ioan.

b Glos. in
 2erl. in c. 1
 Ioan.

c ad Rō. 10

d Sap. 8.

æterno ; qui a promiserat se ante faciem
 filij sui missurum Angelum suum , non na-
 tura , sed officio , & puritate virginali ,
 C V I ex particulari Dei præuilegio , b
 diuina præordinatione NOMEN ERAT ,
 quasi substantialiter , & respondens proprie-
 tati internæ , & plenitudini gratiæ IOAN-
 NES , in quo est gratia qui totum à gra-
 tia habet , & gratiam prædicat , vnde , &
 idoneus fuit ad præcurrendum ante gra-
 tiæ authorem , H I C enim e propheta ,
 & plusquam propheta , qui d non iubar af-
 futurum , sed mundi scelus auferentem in-
 dice prodit , V E N I T e prædicando , &
 baptizando I N T E S T I M O N I V M
 Christi Domini , V T sicut veritatis te-
 stis T E S T I M O N I V M , & mani-
 festam denuntiationem P E R H I B E-
 R E T , & dictis , & factis D E L V-
 M I N E , & filio Dei in mundo venien-
 te , seu Christo nato , & ad hoc finaliter
 prædicabat , V T O M N E S , non
 solum excellentes , sed indifferenter omnes ,
 quia non est apud Deum personarum ac-
 ceptio , C R E D E R E N T Christum
 Dominum esse lumen ad reuelationem gen-
 tium oriturum sedentibus in regione vmbre
 mortis , id , quod credituri erant P E R
 I L L V M hominem , & præcursores
 hoc prædicantem , & testificantem , quæ
 Deum

a *Matth. 3.*b *Luc. 1.*c *Matth. 11.*d *Ecccl. in
him. S. Io:
Bapt.*e *Lyr. in
hunc loc.*

Deum nemo vidit vnquam, testis tamen
 erat certe a magnus ex omni exceptione
 maior, verum **NON ERAT ILL-**
LE Ioannes **L V X** ex se lucens, aut
 potens hominum mentes gratia illustrare,
 b sicuti Iudæorum sacerdotes insinuarunt,
S E D missus erat, **V T T E S T I-**
M O M I V M verum, & acceptatione
 dignum, & roboratum nimirum, per bo-
 nam vitam, & famam **P E R H I B E-**
R E T, sicut lux illuminata, & participa-
 ta **D E L V M I N E** illuminante, &
 per essentiam, qualis est **Christus Domi-**
 nus, d qui illuminabat, à quo se demon-
 strare volebat, & in Ioanne illuminato co-
 gnoscebatur lux illuminantis, sicut in cor-
 pore radiato agnoscitur ortus solis irra-
 diantis. — 86. Hoc autem creator omnium Deus
 diues in misericordia, propter nimiam
 charitatem, qua dilexit nos, fecit; videns
 rationem naturalem defectivam esse in co-
 gnitione diuinorum, cum & non attingat
 ad eorum cognitionem, nisi per effectus,
 qui distant in infinitum à Deo, quare in-
 diget doctore, & manu ductore, cui cre-
 dat, & à quo dirigatur, non obstante,
 quod in se **E R A T** **Christus Dominus**
L V X V E R A, s sine falsitate, sine
 vmbra, & sine participatione, sed per es-
 sen-

a *Glos. in-
ter. vbi su-
pra.*

b *Ioan. 1.*

c *S. Greg.
hom. 38. in*

Euang.

d. Beati

Pauli

d. S. Aug.

tract. 2. in

Ioan.

e *ad Rō. 1.*

g *Lyr. hic.*

sentiam ex se, & non aliunde lucens, a veniens in mundum, & natus ad hoc, ut testimonium perhiberet veritati, imo erat lux, QVÆ radijs, & illustratione sua ILLUMINAT quantum in se est, ne dum lumine naturalis rationis, sed cognitione etiam diuinorum OMNEM HOMINEM, quia nullus sine illo illuminatur, & qui sine lumine permanent b ipsi fuerunt rebelles lumini, nam lux ista illuminat omnem hominem VENIENTEM IN HVNC MVNDVM, non quod homines præfuerint in alia vita, vnde venerint, vel quod animæ fuerint à principio mundi creatæ, sed quod animæ nomine homines, cuius principaliter est pars intellecta, ab extrinseco per creationem veniat, & quia ad illuminationem requiritur præsentia illuminantis, ad illuminatum, hæc lux IN MVNDO creaturarum ERAT c non quomodo in mundo est terra, arbor, & homo, sed quomodo est artifex regens, quod fecit, d non ut mundi contemporaneus, sed, ut factor illius per potentiam, quia e attingit à fine, vsq; ad finem per præsentiam, quia omnia nuda, & aperta sunt oculis eius, & per essentiam, quia in ipso sumus, mouemur, & viuimus, ET MVNDVS cum omnibus contentis in ipso PER IPSVM iam dictum lumen, f non sicut per fabrum, qui extrinsecus est ad illud,

a Ioan. 15.

b Iob. 24.

c Origen.
hom. 2. in
diuers.d S. Chryf.
hom. 7. in
Ioan.

e Sapient. 8.

f Origen.
ubi sup.

quod fabricat, sed præsentia maiestatis non
 recedens ab aliquo infusus mundo, & omni-
 bus creaturis, ubiq; positus **FACTVS EST**
 tali ordine, & dispositione, vt à magnitudi-
 ne a speciei creaturarum poterit creator
 earum visibiliter cognosci, **ET** his non ob-
 stantibus **MVNDVS**, b mundi; dilectores,
 seu homines peccatores mundialiter viuen-
 tes **EVM** Christum verum esse Deum **NON**
COGNOVIT nam excæcauit eos malitia
 eorum, & quod magis est **IN PROPRIA**,
 nō solum in mundum, quem ipse fecerat, sed
 in Iudæam, quæ peculiariter dicebatur terra
 e **Matt. 15.** Dei, & c ad oues, quæ perierunt domus
 Israel, **VENIT** Filius Dei, & Messias pro-
 missus per carnis assumptionem, **ET SVI**
 Iudæi, quos omnibus prætulit maiori ex
 parte, nam pauci crediderunt **EVM** pro
 Christo, & saluatore promisso **NON RE-**
 d **Act. 6.** **CEPERVNT** d sed negauerunt ante fa-
 Mar. 5. ciem Pilati, & petierunt virum homicidam
 dari eis.

87. Nec his iratus homines respuit, sed
 præ oppositum charitatem suam magna be-
 neuolentia commendans e vnicus natus est,
 vt non maneret vnicus, nam **QVO I QVOT**
 e **August.** **AVTEM**, siue Iudæi, siue Gentiles **RE-**
 tra 2. in **CEPERVNT** per fidem charitate firma-
 Ioan. tam, **EVM** vt Deum, & hominem **DEDIT**
EIS POTESTATEM per Spiritum sanctū,
 eis

eis datum, & in eorum corda diffusum, ac per adoptionis gratiam FILIOS adoptiuos ipsius DEI, æterniq; patris FIERI, vt sint fratres eius, & cohæredes per gratiam, sicut, & ipse Filius vnigenitus per naturam, a non enim timuit habere cohæredes, nam hæreditas eius non fit angusta, si eam multi possederint; at hoc non omnibus; impossibile namque est sine fide placere Deo, sed HIS dumtaxat concessit, QVI CRE- DVNT IN NOMINE EIVS, & fiunt membra eius per fidem formatam, confitenturq; nomen eius Emmanuel, quo profitemur Deum esse nobiscum; seu propter nos homines, & b propter nostram salutem descendisse de cælis, & incarnatum fuisse de Spiritu sancto, ex Maria Virgine, ob id generatio ista filiorum Dei, non est per modum generationis carnalis; nam homines, QVI sic generantur, NON EX SAN- GVINIBVS, c seu cõmissione seminum ma- ris, & feminae, NEQVE EX VOLVN- TATE, & concupiscentia, siue appetitu sensitivo CARNIS, quæ, vt femina regide- bat, NEQVE EX VOLVNTATE, spiritu, seu appetitu intellectiuo VIRI partisq; ratio- nalis, qua licet ab appetitu sensitiuo, & carne moueatur regit, vt vir, & absq; illius consen- su, non perficitur operatio, S E D vt id ef- ficiantur diuinæ consortes naturæ EX DEO

a S. Aug.
ubi sup.

b Ecclesin
Symb. fld.

c Lyr. &
ingel. in c,
1. Ioan.

d 2. Petr. 1. 1

a Ioan. 3. per Baptismum ^a ex aqua, & Spiritu sancto
 NATI SVNT, & renati denuo, vnde non si-
 cut filij carnales maculam, aut fedtatem
 contrahunt ex modo suæ generationis, sed
 nobilitatem & splendorem, & gloriam. *111*
b Glof. or- *88.* Vt autem secure credamus homines
din. in c. 1. nasci ex Deo, subdit Deum nasci ex homine,
Ioan. quæ mutua participatio debet esse ratio ma-
 ximæ dilectionis, licet non sit similis vtrobiq;
 quia filij Dei adoptiui solum participant di-
 uinam naturam per gratiam: at diuinum ver-
 bum veram assumpsit naturam humanam, nã
 ET VERBUM diuinũ, seu Dei filius CARO
c Isai. 40. idest homo, *c* nomine carnis intellecto, ne
d Lyr. hic: quis *d* putaret, aut naturã humanam in Chri-
 sto propriam habere hypostasim, aut vnionẽ
 illam esse tantum secundum actum animæ per
 cognitionem, & amorem, non tamen in vni-
 tate suppositi, FACTVM EST, non in vni-
 tate naturæ, sed in vnitae personæ, & supposi-
 ti, quia licet fieri repugnet Deo, & verbo eius
 absolute, potest ei conuenire ratione nature
 humanæ assumptæ, vt sic enim, non habetur
 Deum de nouo incipere esse, quod est im-
 possibile, sed incipere esse hominẽ, quod pos-
 sibile est, cum suppositum diuinũ possit natu-
 ram creatam in se ipso sustentare, *e* absq; eo,
 quod Verbum in carnem, aut caro in Verbũ
 conuertatur, sed solum s̄per assumptionẽ hu-
 manitatis in Deum, in vnitae personæ, sine

e Alcuin.
in c. 1. loã.
t S. Alban.
in symb.

confusione substantiæ, ita tamē, vt a Dominus Iesus Christus, & Dei, & hominis sit filius, & b diuinum verbum assumendo carnem in ea manifestaretur sensibus hominū, quare, ET HABITAVIT IN NOBIS visus in terris, & cū hominibus conuersatus habitu inuentus, vt homo. Ob quod etiam ET VIDIMVS, & cognouimus GLORIAM, & maiestatem EIVS, c quā utiq; non vidissemus, nisi per consortiū humanitatis, d in qua docuit, sicut potestatem habēs miracula fecit, transfiguratus est, & resurrexit, GLORIAM, in quam siue excellentiam omnē creaturam excedentē QVASI, e non similitudinariē, sed propriē VNIGENITI, vere, & naturaliter A PATRE procedentis, eandemq; naturam numero cū ipso habentis, ac proinde vidimus etiam illum PLENVM, f ne dum secundum diuinitatem, sed etiam secundum humanitatem, secundū quam Christus caput est Ecclesiæ, & Primogenitus in multis fratribus, quare, vt de plenitudine eius nos omnes acciperemus; plenus fuit GRATIÆ, cum propter gratiam vnionis, ratione cuius perfectissimē Deo coniungitur, & perfectissimē gratia repletur, tum etiam propter gratiam habitualē, g nam datus fuit non ad mensuram ET idcirco ultra gratiæ plenitudinem, habuit & plenitudinem VERITATIS; h quatenus in Christo fuit veritas diuina, siue increata per vnionem naturæ diuinæ, quatenus habuit notitiā
omnium,

a S. Hilar.
lib. 10. de
Trinit.

b S. Aug.
lib. 15. de
Trin. c. 11.

c S. Chryso-
stom. 2. in
Ioan. & S.
Aug. trac.
2. in Ioan.
d Glos. in-
ter l. bic.

e S. Greg.
lib. 18. mo-
ral. cap. 6.

f Orig. ho-
mil. 2. in
diuers.

g Ioan. 3.

h Lyr. bic.

omnium, quæ cognoscit Deus notitia visionis, & quatenus impleuit figuras omnes, & promissiones legis Mosaicæ, nam a per ipsum fuit plenitudo gratiæ noui testamenti data. & legalium symbolorum veritas in ipso fuit impleta.

89. Peruenimus iam diuino fauore & gratia ad metam, totamq; sacrosanctam explicuimus missam. Restat concludamus summam loco per orationis dicta omnia, assignando in simul rationem quandam, ob quam communiter in missæ fine initium Euangelij B. Ioannis legatur, nouam quidem, haud tamen iudicio meo contrariam, sed consonam satis intentioni Ecclesiæ id præcipientis; illa autem sit in Euangelio isto diuino artificio, & mira quadam breuitate quasi summari, & contineri omnia, quæ in Missa representantur, & fiunt saltem in sensu accommodatitio, quo sæpè sæpius in diuinis offitijs utitur Ecclesia sancta, id, quod breuiter sic ostendo.

90. Figuratur in introitu Missæ, in Angelorum cantico, & sacerdotis salutatione, Patrū desiderium de Christi Domini aduentu, & ipsius natiuitas, & in hoc habemus Euangelio Verbum, quod in principio erat apud Deū in mundum venisse nostra indutum carne, & mortalitate. Insinuatur in Epistola, & Euangelio Missæ doctrina Saluatoris, Præcursoris, & Apostolorum prædicatio, & hic docemur Ioannem Baptistam fuisse missum à Deo, ut te-
stimo-

stimonium perhiberet de lumine, & Christum ipsum esse lucem veram illuminantem omnem hominem venientem in hunc mundum. Instruimur in symbolo, & offertorio Missæ fidem operibus viuificatam esse, ad salutem simpliciter necessariam, & id ipsum docet Euangelium hoc illis verbis, dedit eis potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius. Representatur in missæ canone passio Dominica à Iudæis suis anhelatam, & sollicitatam, & in isto legimus Euangelio de eodem Christo, in propria venit, & sui eum non receperunt; transubstantiatus per consecrationem panis in corpus Christi, & vinum in Christi sanguinem, & Euangelium dicit Verbum caro factum est, caro, inquam, quæ vere est cibus, & sanguis, qui verè est potus. In orationibus missæ, & præsertim in oratione Dominica pro necessitatibus nostris, uti ad omnium bonorum largitorem, factorem, & Dominum ad Deum recurrimus, & ex hoc habemus Euangelio omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. In missæ communionem significatur Christi Domini resurrectio, exaltatio, & glorificatio insimul cum celesti conuiuio Beatorum, in quo satiantur gloria Dei, & Euangelium, ait, vidimus gloriam eius, gloriam quasi Unigeniti, quam nimirum post crucis humiliationem habuit, & cuius pignus in Eucharistiæ sanctissimæ sumptione

accipimus. Fiunt supradicta omnia, non fictè, aut tropicè, sed vere, & realiter ad iustificandum, sanctificandum, & instruendum fideles; & Euangelium concludit plenum gratiæ & veritatis, intellige, est totum, quod in missa factum est, nam in veritate instruit, in veritate Christus sumitur, in veritate mens impletur gratia, & in veritate datur pignus gloriæ, quam nobis concedat Deus benedictus in sæcula, amen.

91. Hæc sunt, quæ circa sanctissimæ missæ declarationem, ex scriptura sacra, sacris concilijs, & probatissimis, quibusq; authoribus, quos viderim pro tenuitate mea, utcumque colligere potui, & siquidem benè, & ut materiæ competit, & ipse velim soli Deo, à quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum, quique dedit, & velle, & perficere, honor, & gloria; sin, autem minus dignè concedendum est mihi, meæque ignorantia attribuentum, quam recognoscens hæc, & omnia mea, libens, & ex præcordijs sanctæ Catholicæ, ac Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ, & catholicorum doctorum iudicio correctioni, & censuræ subijcio.

PERICOPE

SIVE

BREVE DICTORVM
SUMMARIVM

V T

DIVINA SACROSANCTAE

Missa mysteria facilius, & tenacius memoriter teneantur.

E T

Tam Sacerdotes sanctissimum hoc sacrificium celebrare, quam fideles omnes eidem assistere, maiori cum reuerentia, & deuotione possint.

PRAEFATIVNCVLA.



VM Christus Dominus in
tremendi huius sacrificij in-
stitutione dixerit. *a* *Hæc quotiescunque feceritis in mei memoriam facietis.* Et cum Ec-
clesia isthæc, quasi declarans canter. *b* *Osacrum Conuiuium, in quo Christus sumitur recolitur memoria passionis eius, mens imple-*

a Luc. 22.*b* In offic. Corporis Christi.

V tur

tar gratia, & futura gloria nobis pignus datur. Manifestum est iugem in Missæ sacrificio passionis, totiusque Domini vitæ, fieri mentionem, illiusque participatione animam sanctificari, & modum oblationis illius esse velut symbolum futuræ gloriæ, quæ ut plenius perciperentur, in tres partes tractatum istum diuisimus. Tum quia tripartitam Domini nostri Iesu Christi vitam considerare possumus: ante passionem nimirum, & in passione, ac post passionem. Tum etiam correspondentiam dictorum trium cum Missæ partibus, quoad fieri posset, ostenderemus. Prima enim Missæ pars quæ incipit à principio Missæ, & durat vsque ad Præfationem, dicitur Præparatio, quia in illa fit tam populi, quam offerendorum præparatio, animæ sanctificationem, quæ teste Apostolo, a absque debita præparatione in Missa fieri nequit, & tempus vitæ Christi ante Passionem representat. Secunda verò Missæ pars, quæ à Præfatione habet initium, & finem in oratione Dominica, dicitur Consecratio, quia in illa consecrantur oblata totam Christi Domini Passionem & illius tempus significat. Et tandem tertia pars Missæ, quæ incipit à Pater noster, & cum Missa finitur, dicitur Communio, quia in illa Eucharistia sanctissima cum benedictionis plenitudine manducatur, & tempus

a 1. Cor. 5.

In officio
 Concordans
 Christi

pus post Passionem, participationem cœlestis Conuiuij, siue, quod idem est futuram gloriam denotat, vti ex sequentibus, tum breuiter, tum clarè constabit.

PRIMA MISSAE

Pars.

DEbita præparatione præmissa Sacerdos, Christi Domini personam representans, calicem manibus ferens ad altare procedit quemadmodum Christus Dominus a baiulans sibi Crucem exiit in eum, qui dicitur Caluariae locus.

Antequam Missam incipiat, tum ad sui humilitatem, tum ad venialium deletionem, confessionem, vt dignus accedat, præmittit generalem celebrans.

Signat se signo Crucis (quod in principio cuiuscumque actionis adhiberi ex Christiano more oportet) Missam incipit Sacerdos, & introitum reduplicat ad significandum Patriarcharum, & Prophetarum desiderium de Christi aduentu, quem orationibus, & lachrymis repetitis à Patre æterno postulabant.

Post Introitum, Kyrie eleison, nouies repetitum, adiungit, vt exprimat orationem poupli Patribus consentientis, & Dei

Accessus
ad Altare.

a Ioan. 19.

Confessio
generalis.

Introitus.

Kyrie eleison.

misericordiam implorantis .

Salutatio, &
Angelorum
Hymnus .

Sequitur Angelorum canticum, vel salutatio, Dominus vobiscum. Natiuitatem Verbi incarnati, ipsiusque cum gratiarum actione receptionem significans .

Orationes .

Annectit Orationes, in quibus propter merita nati mediatoris Patrem precatur nobis esse propitium .

Epistola .

In Epistola, qua populus illuminatur, & docetur, & prædicatio Præcursoris significatur, fides Incarnationis, scripturæ testimonio probatur .

Graduale .

Dicta Epistola, cantatur Graduale, symbolum poenitentiae, qua impetramus peccatorum veniam .

Alleluia .

Graduale sequitur Alleluia, in signum lætitiæ, de spe veniæ consequendæ .

Tractus .

Tempore tamen Quadragesimæ mutatur in Tractum, quia tunc duplicatam debemus facere poenitentiam .

Sequentia .

Sed tempore paschali, & in præcipuis solemnitatibus, vel additur, Sequentia, vel omisso Graduali duplicatur, Alleluia, in signum maioris lætitiæ, & ad significandam duplicem corporis, & animæ glorificationem .

Libri mutatio .

His peractis mutatur liber, vel quia respuentibus Iudæis, gentes receperunt Euangelium, vel quia Christus non venit vocare iustos, sed peccatores per leuam signi-

significatos; vel quia doctrina Euangelij debemus armari contra Diabolum, quia in Aquilone constituit sedem suam.

Benedictio.

Ante lectionem Euangelij datur benedictio, tum quia Dominus misit discipulos ad illud prædicandum. Tum quia nemo debet prædicare nisi mittatur.

Euangelium

In Euangelij lectione Apostolorum prædicatio designatur, ideoque in principio dicitur, Dominus vobiscum, quia per Euangelij doctrinam, Deus habitat in Cordibus nostris: signantur etiam & celebrans, & astantes, ne veniat Diabolum, & tollat semen verbi Dei de eorum mentibus, & in fine osculatur Mifsale, ad significandum Euangelij doctrinam fuisse cum gaudio susceptam.

Symbolum

In symbolo, in quo fides confitetur. Vel in salutatione, Dominus vobiscum, quæ post Euangelium dicuntur, insinuatur gentes recepisse doctrinam Euangelicam, & cum illa Dei gratiam.

Offertorium.

His adiungitur Offertorium, in quo designantur bona opera Domino offerenda, ne fides sine operibus mortua sit.

Oblatio panis & vini.

Recitato offertorio, offert, optat, & preparat panem, & vinum, quæ sunt materia necessaria ad consecrandum, & sacrificandum.

Lotio manuum.

Et quia hic incipiunt mysteria ad tam

tre-

tremendum opus , multipliciter se præparat , primo per manuum lotionem , in qua puritas requisita ad sacrificandum designatur .

Orate fratres .

Deinde se præparat propriam recognoscens imbecillitatem , & adstantium exoptulans adiutorium , dicens , Orate fratres , & tunc taliter se conuertit ad populum , quod integrum conficit circulum , ad denotandum se precari , vt omnibus fidelibus toto terrarum Orbe diffusis , sit hoc sacrificium propitiabile .

Orationes secretæ .

Tandem se præparat orando & ipse , ac recitando tot orationes secretè , quot in principio Missæ dixerat publicè , quia accedit ad Canonem , in quo Christi Passio representatur ; & appropinquante Passione , Christus non palam loquebatur Iudeis , sed secessit in Ephren .

His finitur prima Missæ pars , in qua offerenda præparantur ; Populus disponitur , & dispositio necessaria ad Eucharistiæ summptionem denotatur .

SECUNDA MISSÆ

Pars .

Præfatio .

Accedit deinde Sacerdos ad secundam Missæ partem , quam incipit à
Præ-

Præfatione , qua præparat , & excitat populum , vt deuotè , & reuerenter assistat actioni illi , in qua sacrificium propriè consistit .

Post Præfationem adiungit Angelorum canticum , Sanctus , in triumphalis Christi ingressus in Hierusalem in die palmarum , denotatur .

In Canone , cuius prima littera non casu , sed particulari cura est T , Crucis figuram representans , commemoratur Christi Passio per plures cruces ad id sensatè ordinatas , & illis intermisceantur plures orationes , quibus diuina subsidia per merita Passionis Christi nobis tribui deprecamur .

Primæ cruces denotant tria genera personarum , à quibus Christus fuit ad mortem traditus , vtputà à tota Trinitate ex charitate , & significatur in prima cruce , illis verbis , Hęc dona : à Iuda proditore ex auaritia , & significatur in secunda cruce , & illis verbis , Hęc munera . Et à Iudeis ex inuidia , & significatur in tertia cruce , & illis verbis , Hęc sancta sacrificia . Hoc namque titulo curarunt suam occultare inuidiam .

Charitatis ordine seruato orat , vt summo Pontifici , proprio Episcopo , Regi , & toti Ecclesiæ , sibi , ac his pro quibus in particulari tenetur , huius sacrificij prosit oblatio .

Sanctus .

Canon .

Primæ Cruces .

Primum Memento .

Ad

Infra actio-
nem.

Ad maiorem exauditionem sanctorum exposcit intercessionem, & sacrificium Deo esse acceptum precatur.

Extensio
manuum.

Super oblata ante consecrationem manus extendit vt denotet, solis fidei oculis, tantum mysterium posse percipi, & non virtute naturali sed vi ordinationis, & potestate per manus impositionem sibi tradita hoc se conficere sacramentum.

Secundæ
crucis.

Vt contractum venditionis Christi manifestet facit quinque cruces, quarum tres primæ, quæ coniunctim fiunt super calicem & hostiam. Vel significant tria genera euentium, Sacerdotes, Scribas, & Phariseos. Vel emptionis pretium, hoc est argenteos triginta: Duæ verò posteriores designant personam Iudæ venditoris, & Christi venditi, & ideo separatè fiunt, vna super hostiam, & altera super calicem, quia valde diuersi fuerunt in dignitate, & merito.

Consecratio.

Tria sunt quæ in Consecratione representantur. Primum in ipsa Consecratione vltima Domini cæna, & Eucharistiæ sanctissimæ institutio. Secundum in duabus crucibus, quas separatim facit, alteram super hostiam, & alteram super calicem: primo, vt signo crucis materiæ sanctificentur, & deinde vt significetur Christum fuisse passum, & in corpore, & in anima importata

Cruces Con-
secrationis.

per

per sanguinem , in quo est anima carnis .
Tertium in Eucharistiæ elevatione , in
qua licet aliquantulum anticipatiuè , ne Sa-
cramentum sit in altare , quin statim ado-
retur , repræsentatur eleuatio Christi in
cruce .

Eleuatio
Eucharist.

Adimplens Sacerdos Domini præcep-
tum , Hæc quotiescunque feceritis , &c.
nedum rebus in ipsa oblatione corporis , &
sanguinis Christi , sed & verbis , postquam
calicem locat in altari , fatetur Sa-
cerdos , se offerre in memoriam Passionis ,
Resurrectionis , & Ascensionis Domini , ac
precatur , vt sua oblatio ex parte offerentis
sit Deo accepta .

Multas interim facit Sacerdos mysticas
cæremonias , nam primò facit quinque
cruces , tres coniunctim super vtramque
speciem , & duas seorsim , alteram super
hostiam , & alteram super calicem propter
verborum correspondentiam ; quibus cru-
cibus importantur quinque vulnera , quæ
in manibus , pedibus , & latere fuere in cru-
ce Christo inflicta .

Quartæ
cruces .

Osculatur deinde altare , vt significet re-
conciliationem humani generis cum Deo
Patre , in altari crucis factam fuisse per
mortem Filij , & Redemptoris nostri Chri-
sti .

Altaris o-
sculam .

Format etiam tres cruces , primam super
X X hostiam

Quintæ
cruces .

hostiam, qua rigidissima corporis Christi in cruce extensio commemoratur; secunda super calicem, qua largissima sanguinis Christi effusio significatur; & tertia ante faciem, & pectus ipsius Sacerdotis, qua participatio, & fructus passionis Christi importatur.

Secundum
Memento.

Applicat post hæc in secundo memento huius sacrificij fructum defunctis, precando illis refrigerij locum ob merita Christi, quæ non solum ad viuorum, sed & ad mortuorum salutem, & absolutionem est sufficientissima.

Nobis quo-
que.

Sed quia ubi est maius periculum maior requiritur diligentia, reuertitur statim Sacerdos ad orandum pro viuis, dicens, eleuando vocem, & percutiendo pectus, ac Sanctorum exoptulando intercessionem, Nobis quoque, &c.

Eleuatio
vocis.

Eleuat vocem ad significandum vocem Latronis, & Centurionis, Christum in morte, vt Deum adorantium. Tundit pectus, vt imitetur reos, qui reuertebantur percutientes pectora sua, & vt in vtroque det signum populo, & pectora tundat, & se peccatorem fateatur, & Dei exoptulet misericordiam.

Sextæ cru-
ces.

Facit postea tres cruces super hostiam, & calicem simul dicens, Sanctificas, &c. ad significandam triplicem orationem, quam
Chri-

Christus fecit in Cruce . Primam pro inimicis , Pater Ignosce , &c. & ideo sanctificas . Secundam pro propria liberatione , Deus Deus meus &c. Et ideo viuificas . Et tertiam pro suas glorificatione . Pater in manus tuas &c. & ideo benedicis , &c.

Quinque alias facit Cruces , statim cum hostia tres super Calicem discooperatum , & duas extra Calicem . In primis significantur tres horę quibus Christus pependit in Cruce . In duabus verò vltimis notatur animę separatio à corpore , remanente diuinitate vtrique vnitę , & fiunt cum hostia quia non coactè , sed voluntariè , & quia ipse voluit oblatus est Christus , fiunt etiã super Calicem discooperatum , quia velum Templi scissum est in Christi passione .

Septimę Cruces.

Eleuat Sacerdos aliquantulum hostiam super calicem dicens, Omnis honor , & gloria . Ad insinuandum quod si humiliavit se Christus vsq; ad mortem crucis ob id Deus dedit illi nomen quod est super omne nomē.

Secūda hostię eleuatio .

Deponit postea hostiam super Corporale ad declarandum depositionem Christi de Cruce , inuolutionem ipsius in syndone munda , & sepulturam in sepulchro nouo .

Depositiō hostię.

Et sic terminatur secunda missę pars in qua perficitur consecratio & recolitur memoria , & tempus passionis Christi .

TERTIA MISSAE

Pars.

Pater no-
ster.

Incipit post hæc tertiam missæ pars, in qua fit communio, ad quam diligentissimè præparari requiritur, vnde, & altarium postulat auxilium, & ipse sacerdos, ad venialem deletionem, orationem recitat Dominicam, cuius vltima petitio à ministro dicitur, & ipse sacerdos concludens adiungit Amen, vt oratio coniunctim effundatur & insinuetur, & sibi, & populo, & toti Ecclesiæ supradicta postulasse.

Embolism.

Vt maiorem demòstret affectum annectit Embolismum, in quo & iterato, & apertius per intercessionem sanctorum petit à malis liberari, & pacem Ecclesiæ tribui, hæc tamen secretè precatur vt silentium denotet Dominicæ sepulturæ.

Resumptio
patenæ.

Dum hæc dicit resumit patenam, quam post offertorium sub palla absconderat, quæ resumptio significat reditum Apostolorum ad Christum post resurrectionem, sicut absconsisio importauit ipsorum fugam tempore passionis.

Signatio cū
patena.

Seipsum cum patena signat celebrans vt ostendat à Cruce, & passione Christi animarum nostrarum salutem, & liberationem

nem à malo ac reditum ad Deum emanasse .

Frangit postea sacerdos hostiam , in signum percussis fœderis inter se , & Deum , ac proinde vt sciat se esse frangendum , ac instar Iudæ medium crepaturum si indignè tantum sumserit sacramentum ,

Fractio hostiæ .

Nec in duas tantum , sed in tres partes diuidit hostiam vt partes Corporis mystici , hoc est fideles militantes , animas purgatorij , & sanctorum in Cælo existentium , pro quibus omnibus Christi corpus verum in Cruce pendit , representet .

Facit etiam cum particula hostiæ tres Cruces super Calicem ad insinuandum , tertia die resurrexisset à mortuis Christum Dominum propria virtute .

Octauæ Cruces .

Miscet Corpus , & sanguinem siue species Corporis & sanguinis Christi , ad significandum ipsius Christi Corpus , & animam fuisse in resurrectione eius reunita .

Mixtio corporis & sanguinis .

Eleuat vocem sacerdos dicens , Per omnia sæcula sæculorum , & Pax Domini sit semper vobiscum , ad representandum gaudium Dominicæ resurrectionis .

Eleuatio vocis .

Quia ad dignam Eucharistiæ sumptionem requiritur pax erga eum , erga seipsum , & erga proximum dicens ter Agnus Dei , &c. hanc triplicem pacem postulat .

Agnus Dei .

Cum sumptio Eucharistiæ mors sit malis ,

Orationes
ante com-
munion.

lis, & vita bonis, antequam ad illius sumptionem accedat precatur pro digna, & fructuosa sumptione, & sumpta fiducia ex spe diuini adiutorij accipit sacramentum ad sumendum illud.

Domine
non sum
dign. &c.

Sed propriam iterum indignitatem recognoscens, profunde se humilians dicit cum Centurione, Domine non sum dignus, &c.

Communionio .

Tandem signans se signo crucis cum ipso Sacramento facto ad ostendendam claritatem, qua Christus Sacramentum istud instituit, & deprecans, vt in se habeat spiritualem effectum, reuerenter sumit Eucharistiam, in quo cæleste conuiuium, & æternæ gloriæ participatio repræsentatur.

Purificatio.

Purificat deinde patenam, calicem, corporale, digitos, & os, propter Eucharistiæ reuerentiam, ne illius aliquid, ad indecentem locum possit peruenire, & iterum precatur, vt continuum, & perenne in se Eucharistia habeat effectum.

Corporal.
plicatio.

Complicat postea corporale, quod antea ob præsentiam sacramenti facere nequiuit, ad repræsentandum lintheamina, quibus Christi corpus in sepulchro fuit inuolutum, mansisse ibi post Resurrectionem plicata.

Mutatio
libri .

Interim à ministro mutatur missale ad denotandam Euangelij prædicationem in fine mundi reddituram esse ad populum Iudæorum.

Antiphona, quæ Postcommunio dicitur, significat gaudium de Dominica Resurrectione, & ideo post illam dicitur, Dominus vobiscum. Vel per realem presentiam, ob Eucharistiæ realem sumptionem, vel spiritualem ob sumptionem in voto. Vel quia iam resurrexit.

Postcommunio.

In ultimis orationibus, gratiæ aguntur Deo ob accepta beneficia, & petitur vt Eucharistiæ sumptio effectum salutis perenniter operetur in nobis.

Orationes ultimæ.

Post hæc in signum, quod sacrificium peractum est, datur populo licentia redeundi ad propria, dicendo, Ite missa est.

Ite Missa est.

Deinde orat Sacerdos breuiter, vt ex parte offerentis sit acceptum Deo sacrificium.

Benedictio.

Et demum omnia prædicta veluti recapitulando, initium Euangelij secundum Ioannem recitat, quia in illo miro, diuinoque artificio isthæc omnia continentur.

Euangelium Ioannis.

Et sic finitur tertia, & vltima Missæ pars in qua Christus sumitur, & tempus post illius resurrectionem, ac cælestis representatur gloria.

L A V S D E O.



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher.

DAVID R. BOY

Sehenswürdig

Sign. Top.

Est 24

Tab. 1

8

2286